

MONOGRAPHIA AGARICORUM,

COMPREHENDENS ENUMERATIONEM OMNIUM SPECIERUM HUC USQUE COGNITARUM.

ELABORATA

A

C. H. PERSOON.

CUM TABULIS VIII COLORATIS.

ERLANGAE
IN LIBRARIA PALMII.
cIↄ Iↄ cccxxvIII.

MYCOLOGIA EUROPAEA

SEU

COMPLETA OMNIUM FUNGORUM IN VARIIS EUROPAEAE REGIONIBUS DETECTORUM ENUMERATIO,

METHODO NATURALI DISPOSITA;

DESCRIPTIONE SUCCINCTA, SYNONYMIA SELECTA ET OBSERVATIONIBUS CRITICIS ADDITIS.

ELABORATA

A

C. H. PERSOON.

SECTIO TERTIA.

PARTICULA PRIMA.

CUM TABULIS VIII COLORATIS.

ERLANGAE
IN LIBRARIA PALMII.
cIↄ Iↄ cccxxviii.

Errata corrigenda.

Pag. 17. lin. 10. leg. coccodes.
— 19. — 19. — languescente.
— 23. — 12. — *scobigena*.
— 24. — 18. — tubulum.
— 51. — 16. — *Ascalo*.
— 54. — 29. — plena.
— 63. — 15. — *Rhymoxis*.
— 64. — 4. loco sequente leg. antecedente.
— 71. — 10. leg. *melizeus*.
— 73. — 27. — orta.
— 81. — 24. ante *parilis* add. 125. *b*.
— 83. — 25. leg. connati.
— 84. — 9. loc. antecedente leg. *streptopo*.
— 86. — 14. leg. ob loc. ab.
— 96. — 3. ante *Marzuola* add. *
— 102. — 12. leg. *opacus*.
— 107. del. numerum 170, ab 162 non diversum.
— 107. lin. 2. ab infer. leg. rivulosus.
— 122. — 4. ab infer. leg. *epirhizus*,
— 125. — 2. leg. raris.
— 135. — 26. — picta.
— 136. — 23. — *putillus*.
— 138. — 9. — subumbonato.
— 145. — 4. — Pseudomouceron.
— 157. — 1. — subadnexis.
— 174. — 2. loc. prateo, leg. proteo.
— 176. — 4. leg. dignas.
— 219. — 22. ante *Stilbopus* add. *
— 235. et 237. lin. 6, leg. connexae.
— 252. lin. 6. leg. argenteo, caesio.
— 255. — 8. loco Meudon leg. Boulogne

†††† Agaricini (*Phyllodermei*) divisionem, hoc in ordine, omnium maximam, quoad specierum (non generum) numerum, sistentes, distinguuntur laminis complanatis (*lamellis*), ex centro aut e latere pilei (tunc dimidiati), radiatim divergentibus. Lamellae plerumque simplices, alternatimque majores sunt, brevioribus semper in ambitu pilei incipientibus; in paucis, praesertim coriaceis, dichotomae, aut reticulatim connexae: interstitiis (*sinulis*) tamen elongatis, dissepimentoque crassiore a veris tubis vel poris diversis. In sat pluribus speciebus sub fungi maturitatem colorem (e rubello ad fuscum) commutant, et in aliquibus totae diffluunt; talem mutationem a sporulis esse ortam, constat.

Pileus hac in tribu utplurimum carnosus, aut membranaceus est, rarius coriaceus, insuper integer horizontalis, vix unquam resupinato-effusus, (paucis speciebus fodinalibus aut subterraneis exceptis). *Stipes* plerumque centralis, rarius excentricus vel marginalis; in plurimis denudatus, in aliis *annulo* vel *cortina* cinctus, in quibusdam basi *volva* inclusus, et nonnullae (Amanitae) volvam et annulum simul habent.

Hi fungi plerumque terrestres et autumnales sunt, magnitudine et colore, sed non forma, varii; in sylvis et pratis, etc. vegetant, et brevi quidem gaudent vita, sed indi-

viduorum redivivorum abundantia compensanda.

LXXVII. Daedalea. *Pileus* coriaceus (dimidiatus vel effusus). *Lamellae* adnatae, ramoso-dichotomae, aut reticulatim anastomosantes (labyrinthiformes).

* *Resupinatae.*

1. *vermicularis*, resupinata carneo-rufescens, sinulis brevibus utrinque attenuatis, margine poriformibus.

Boletus resupinatus. *Sowerby Engl. Fung. vol. 3. tab. 424.*

Singularis, sed parum dubia species reperta est in Anglia, in horreo quodam apperto ad terram, cui fibris radiciformibus adhaerebat. Magnitudine, ex icone a 4 ad 6 unc. est, latitudine biunciali. Sinuli vermiculiformes flexuosi, vel rimis similes, aspectum particularem offerunt.

2. *lirellosa*, resupinata umbrinogrisea, margine libera, sinulis minutissimis linearibus porisque intermixits. *Tab. XVII. Fig. 2-3.*

Rarissime in ramo exsiccato Populi nigrae detecta. Thelephorae similis ob superficiem inaequalem tuberculisque subglobosis sparsis conspicuam. Sinuli ipsi, primo obtutu adspecti, rimulas mentiuntur, sed organici sunt, et sub lente observati, plures apparent furcati, alii simplices nonnulli poriformes.

3. *Sesia*, suborbicularis glabra tota alba, sinulis angustis flexuosis contextis.

Merulius *Sesia*, suberosus albus, minime lobatus. *Scop. Fung. subterr. p. 101. t. 18. f. 1.*

Species fodinalis „conjungere videtur Agaricos cum Meruliis, in medio enim plicatus est, margine vero lamellas potius, quam venas emittit, simplices et ramosas.“ *Scop.*

4. *serpens*, effusa tenuis confluens ligneo-pallens, margine villoso, sinulis magnis poriformibus inaequalibus. *Fries Syst. p. 340.*

Cresc. in Suecia. Inter corticis Querc. emortui rimas per lineas elongatas seriatas et confluentes serpit, margine tenuis, pubescens. *l. c.*

5. *latissima*, effusa crassa undulata ligneo-pallens, sinulis subrotundis longissimisque flexuosis. *Fries l. c.* †

Ad truncos muscosos Fagi: ab unc. 5 ad 2 pedes lata extensa, margine hinc inde libero. Pori primo nulli, mox ut puncta sparsa superficialia apparent, dein conferti varii. Substantia dura lignea, intus-subzonata. *Fr.*

6. *heteromorpha*, submembranacea sordide lutescens, margine albicante byssino, sinulis irregularibus flexuosis. *Fries l. c.*

Ad truncos pineos, in Suecia. Sequenti forsan proxima. Sinuli longi, obliqui, sed non plicato-dentati, ut in Meruliis. *Fr.*

*** Dimidiatae, pileo plerumque horizontali.*

7. *ferruginea*, effuso-reflexa coriacea flavo-ferruginea: juniore margineque villoso alba, sinulis difformibus. *Fries l. c. p. 339. Schum. Flor. Seeland. p. 373.*

Hyeme in ligno subputrido Fagi sylvaticae, in Dania crescit. Ab initio est resupinata, et dilute incarnato-rosea, margine subbyssoidea, demum reflexa horizontalis, unc. 3 lata, colore flavo-ferruginea, zonis obscurioribus, margine flexuoso albo-villoso. Lamellae angustae, flexuosae, anastomosantes; sinulis satis amplis difformibus. *Schum.*

8. *rubescens*, pileo laevi subtenui zonato reniformi rufescente, sinulis subconcoloribus rectis: centralibus subporiformibus. *Consp. fung. p. 238. t. XI. f. 2.*

Crescit in Lusatia, ad truncos ramosque emortuos Salicis capreae in sylvis opacis, autumno. Initio tota, praesertim subtus, pruina alba obducta, qua ablata color apparet, qui in recentibus est roseo-rubescens vel subpurpurascens; dein opacior. Pileus plerumque exacte semicircularis, junior vix tomentosus, adultus laevis, zonatus, aut veluti radiato-striatus. *Consp. l. c.*

9. *angustata*, magna subimbricata pubescens fuscescente-coccinea margine albido, sinulis simplicibus rectis subconcentricis.

Boletus angustatus. *Sowerb. 2. t. 131.*

Ad pedem Populi cujusdam, in Anglia, nata. Latitudine palmari, subimbricato-lobata. Subtus sordide lutescens.

10. *alba*, pulvinata laevis inciso-lobata alba, sinulis oblongis. †

Boletus albus. *Bolt. Funguss. t. 78.*

Ad radices populneas in Anglia. Pil. 6 unc. latus, et ab apice ad basin 4 unc., albus, basi rubicundus. Sinuli pallidi, inaequales rotundi, oblongi, alii undulati, alii angusti. Affinis videtur antecedenti.

11. *albida*, alba, pileo tenui subglabro, sinulis subelongatis angulatis. *Fries. Syst. 1. p. 338. Ejusd. observ. 1. p. 107.*

Ad Betulas in Suecia. Inodora, junior sericea, dein glabra rugulosa, subtus concava, variat zonis concoloribus.

12. *saligna*, albida, pileo coriaceo-suberoso pubescente azono, sinulis elongatis angustis flexuosis. *Fries. l. c. p. 337. Batarr. Fung. Arimin. p. 72. t. 38. fig. E et F?*

Ad Salices vetustas, hyeme. Inodora imbricata, mollis, dilatato-reniformis laevis et prope marginem strigosum depressa. *Fries.*

Ad Salices oritur, dicit Batarra de suo fungo, festucas circumpositas illaqueat. Superne hirsutie molli brevi, albida obtegitur, monticulis vel tuberculis variis extuberat, inferne cretacei coloris est. Substantiam suberis aemulatur.

13. *cinerea*, pileo zonato tomentoso cinereo, sinulis angustis, aliis poriformibus, aliis longissimis flexuosis. *Fries, p. 336. Batt. p. 72. t. 38. f. G.* (Agaricus).

Rarius ad Fagi truncos in Suecia. *Fr.*

Ad palos in foveis defixos circa Sabinianum provenit. *Batt.*

Superne hispidus, villosus, coloris cinerei; in singulis squamis zona fere bilinearis, brevi mollique hirsutie obsita, cernitur.

Inferne coloris saturatioris cinerei est. *Batt.*

Imbricata, lignosa, subundulata, 2-3 unc. lata, zonis paucis latis subconcoloribus. Hymenium valde compactum ob sinulos perangustos, sed valde tortuosos et intricatos, qui cinerei vel albidi, semper integerrimi. *Fries.*

14. *aurea*, gregaria, pileo subtriquetro zonato velutino aureo, sinulis parvis angustis flavis. *Fries, l. c. p. 339.*

Agaricus aureus daedaleis sinubus. *Battar. p. 72. t. 35. fig. F.*

In truncis caesis quercuum oritur, magnitudine biunciali, margine tumido, forma Polypori cujusdam.

15. *suaveolens*, pileo coriaceo-suberoso glabro e niveo subfulvo, poris elongatis irregularibus rufescentibus. *Fries l. c. p. 337. Syn. fung. p. 502.*

Boletus suaveolens. *Bull. champ. I. p. 342. t. 320.*

Hab. in Suecia et Gallia, ad Salices vetustas, odore aniseo facile dignoscenda. Junior alba, dein rufescens, superne scabra, zonata, intus sordide lutescens. Aliquando inodora est: ex *Bull.*

16. *confragosa*, pileo coriaceo-suberoso conato-scabro lateritio-fusco, sinulis labyrinthiformibus cinereis. *Syn. fung. p. 501. Bolt. Fung. t. 160.* (sub Boleto).

Boletus labyrinthiformis. *Bull. p. 357. t. 491. f. 1.*

In truncis Sorbi torminalis. Subimbricata, zonis concoloribus. Sinuli, qui ex Bolt. rubicundi, et ex Bull. grisei, sat magni sunt formaque varii.

17. *gibbosa*, subimbricata, utrinque planiuscula, obsolete zonata albido-pallens, basi gibbosa porrecta, sinulis pallidis angustis rectis. *Syn. fung. p. 338.* Boletus suberosus. *Linn.* B. imberbis *Bull. t. 445. f. 1.* (mala, nimis tenuis picta).

Hab. in variis regionibus ad truncos, quibus basi in formam manubrii est affixa, nonnunquam spithamam lata, plerumque vero latitudine palmaris, ½ unc. crassa, substantia dura, sicca. Superficies in vetustis individuis virescit.

Sinuli ad basin pilei fere ita sunt ut in D. *quercina*, et versus ambitum subporiformes.

Obs. Sequentes fungi diversi videntur.

* *torulosa*, pileo convexo glabriusculo laevi albido, margine toruloso undulato, sinulis brevissimis, nonnullis poriformibus.

Daedalea gibbosa. *Trattinn. Fung. austr. Fasc. 1. p. 150. t. 15. f. 31.* (excluso synonymo).

Cresc., circa Vindobonam Austriae, ad quercus adhuc vigentes, aestate.

Pileus directione verticali extensus, superficie valde gibbosa, et zonis destituta, margine obturissimo, 3-4 unc. latus. Sinuli albi, recti, angustiores. *Tratt.*

* *sinuosa*, magna crassissima subimbricata, pileo convexo inaequali tuberculoso tomentoso, late zonato, sinulis simplicibus aequalibus directione variis.

Boletus sinuosus. *Sowerb. t. 194.*

Lecta in Anglia, autumno ad radicem vetustae populi. Quoad iconem, spithamam lata, et unc. 3 alta; primo pallens, sed demum fere nigricans, ac glutine piciformi obducitur, praesertim ad marginem; interne alba est et textura fibroso-villosa. *Sowerb.*

18. *polyzona*, magna imbricata depressa, pileo tenui opaco tomentoso pallescente-griseo, zonis multis fasciato, sinulis aequalibus brevissimis subtenuibus ligneo-pallidis:

Lecta in Gallia (Bretagne). Utra spithamam lata, ad tactum mollis. Superne visa

D. *betulinae* similis (*cont. Bull. t. 537. f. 2.*), nec Polyporo lutescenti dissimilis ob formam, colorem et pileum zonatum tomentosumque, sed sinulis valde discrepat. Hi sinuli, subnitentes, cum D. *gibbosa* conveniunt, sed dissepimento multo tenuiore differunt. Zonae in pileo numerosae sunt, concentricae, et alternatim prominentes.

19. *quercina*, pallide fuscescens, pileo duro ruguloso subglabro, sinulis varie implexis crassis. *Syn. fung. p. 500.* Agaricus L. *Sowerb. t. 181. Trattin. Fung. Austr. p. 19. t. 2. f. 3.* (colore obscuriore).

β. *flexilis*, pileo dimidiato convexo obsolete zonato glabro basi scabro, lamellis latissimis plerisque simpliciter ramoso-dichotomis, horizontalibus. *Syn. fung. var. 1.*

Rarius occurrit in Germania et Gallia. Forsitan distincta est species. Ad tactum valde levis, et formam habet aequalem, nec non colore obscuro est sordide fuscescente, zonae angustae, fere evanidae. Laminae basi, ubi pileo affixus est, ultra unciam latae, flexiles.

γ. *platypora*, lata albicans, resupinata crassa, sinulis latis subrotundis.

Rarissime in Gallia. Polyporum simulat.

δ. *ovata*, parva resupinata convexa utrinque subattenuata, sinulis subaequalibus, e centro divergentibus. *Tab. XVIII. f. 1.*

Ex Calabria missa a b. Thomas.

Hic fungus (var. ejus *vulgaris*) in pluribus regionibus occurrit, sed nullibi rarus, nullibi communis est, ceteroquin et jam antiquitus notus. Pileus juniorum pubescens, tuberculosus, dein glaber, vix zonatus. Sinuli oblique decurrunt, basi nonnunquam dentiformes sunt.

Quoad usum, secundum D. Trattinnick, praeparatur ad fomitem, ad maculas scripturasque (calamo cerussato sine dubio pictas) delendas. Ex cl. St. Amans (*Flor. Agen. p. 559.*) olim in Italia usui erat ad caput iis detergendum, qui balnea frequentabant; etiam nunc in nonnullis Galliae regionibus ruri habitantes, hunc fungum strigilis loco ad equos defricandos adhibent, unde Adanson ei nomen *Striglia* imposuit. Bulliardo observante, nunquam (?) ab insectis laeditur aut devoratur, uti D. *betulina*.

* *trabea*, subimbricata coriacea subglabra, sordide fuscescens opaca, lamellis subsimplicibus carneo-rutilis. *Syn. fung. add. p. 29.* sub Agarico.

In Germania rarius occurrit ad ligna fabrifacta. Pileus rugulosus, tomento tenuissimo obtectus, magnitudine ceterum fere et forma D. *quercinae*. — Hunc fungum denuo nullibi vidi.

20. *sepiaria*, coriacea dura utrinque plana, pileo strigoso-tomentoso rugoso spadiceo,

margine subtusque lutescente. *Syn. fung. p. 487. Fries syst. p. 333. Martius Flor. Crypt. Erlang. p. 422.* (descr. bona).

Agaricus hirsutus. *Schaeff. t. 76.*

Agaricus boletiformis. *Sowerb. Fung. 3. t. 418.*

α. cinnamomea, pileo obsolete zonato unicolore spadiceo, laminis simpliciter ramosis cinnamomeo-nitidis.

β. pileo integro orbiculari, subtus centro affixo. *Vaill. Bot. Paris p. 3. t. 1. f. 1. et 2.* (quoad formam).

δ. undulata. Ag. *undulatus*, resupinatus inferne fasciatus rufus, superne lamellatus, lamellis margineque undulatis. *Hoffm. Vegetab. in Hercyniae subteran. collecta. p. 7. t. 4.*

Specimina sub diu crescentia, ad ligna pinea et abietina, in Hercynia frequenter inveniuntur. Juniora magis rubiginosa, fasciis seu zonis impressis distincta, vetusta, fusco-brunnea, praesertim basi, inferne lutescentia aut cervina.

De *varietate δ* subterranea, b. Hoffmann l. c. sequentia attulit: Hab. in semiputridis lignis et trabibus (pineis) fodinarum Hercyniae, profunditate saepe 100 pedum. Cespites plerumque efformat ex multis inter se connexis et superimpositis pileis, adeo ut ex communi radice oriri videantur, latitudine bipol-

licares aut palmares, forma et situ valde inaequales. Adnotatione digna est ea varietas prolifera, ubi alter ex alterius margine, quasi e pedunculo peculiari, infundibuli acquirit formam, lamellis externe decurrentibus.

* *tricolor.* Ag. *tricolor*, perennis coriaceus dimidiatus sessilis, supra zonatus versicolor glaber, subtus tubuloso-lamellosus: lamellis ramoso-furcatis. *Bull. Hist. d. champ. vol. 2. p. 380. t. 541. f. 2.*

Hab. supra Pruni avium truncos; nunc solitarius, nunc imbricatus. Pagina superior glabra, veluti sericea et fasciis subalbescentibus, aliis vinoso-miniaceis, aliisque laterítio-nigricantibus laete picta. Pagina inferior primo porosa est et nivea, deinde substramineo-rufida et lamellosa, demum rufo-fuliginea. Caro lamellis concolor. *B.*

21. *abietina*, gregaria oblongo-linearis basi effusa, pileo coriaceo subtenui, juniore subtomentoso, dein glabro laevi umbrino (a-ı rius rutilante), lamellis rectis subdistantibus glauco-cinereis.

Agaricus *abietinus. Bull. l. c. p. 379. t. 442. f. 2. et 541. f. 1.*

Daedalea abietina. *Fries Syst. 2. p. 339.*

β. resupinata, major, lamellis ex centro divergentibus, saepe laceris.

Cresc. ad ligna, palos et trabes abietinas,

in hortis et sylvis. Ab antecedente differt substantia tenuiore, pileo non lacunoso-rugoso, vix fasciato, unicolore, fere glabro. Lamellae simpliciter ramosae, cinereo-pruinosae. Magnitudine quoad locum variat, uti et colore.

22. *betulina*, pileo coriaceo tomentoso zonato versicolore, plerumque pallido, lamellis albicantibus pallentibus simpliciter ramosis aut sinuosis.

Agaricus betulinus. *Linn. Sowerb. t. 182.*

Daedalea *Fries. l. c. Flor. Dan. t. 1555.*

Agaricus coriaceus. *Bull. Hist. des champ. p. 373. t. 537. figg. 13. c. 8. F. G. K. et M.?* (exclusis pluribus synonymis). *Syn. fung. p. 486. Bolton t. 158.*

Cellularia cyathiformis. *Bull. t. 414.* (ex ipso autore).

β. Ag. *versicolor*, pileo coriaceo villoso fusco, cinereo et dilute virescente griseoque fasciato, lamellis obtusis rectis. *Bergamaschi in Biblioth. Italiana. Octob. 1823. p. 73.* Alia var. *versicolor* apud Planer et Syn. l. c.

Species communis ad truncos caesos in sylvis, passim quoque ad trabes in viridariis. Magnitudine plerumque duarum unc., sed et latitudine palmari invenitur, substantia tunc magis flexili et lamellis simplicibus. Hae in paucis individuis, praesertim junioribus, labyrinthiformes (conf. Sow. tab. cit. fig. dextra.) sunt. Color, quoad situm fungi, et aetatem,

totus albicans, passim cinerascens, pallens, fuscus, et variegatus. Lamel. juniorum albae.

Obs. In Tab. citata Bulliardi *Fig. G.* etiam videtur Daedaleae species. *Fig. P.* Daedalea, vel Polyporus. *Fig. I. L.* et *N.?* est B. versicolor. Linn. et *Fig.* H. ejusdem speciei varietas?

LXXVIII. SCHIZONIA. *Pileus* coriaceus, dimidiatus. *Lamellae* demum longitudinaliter bifidae, revolutae.

1. *vulgaris*, gregaria parva tomentosa albida, margine saepius inciso, lamellis griseopurpurascentibus.

Schizophyllum commune. *Fries Syst. 1. p. 330.*

Agaricus *alneus.* Linn. Bull. t. 346. et t. 581. f. 1. Sowerb. t. 183. Hoffm. Nomencl. fung. t. 1. A. multifidus. Batsch. t. 24. f. 126. Micheli t. 65. f. 4.? Batarra t. 38. f. D.

Non equidem ad species communes pertinet, et ipse hunc fungum nunquam ad truncos alneos inveni, sed praeamare videtur tiliaceos, passim quercinos, ceterum per totum terrarum orbem obvenit, et specimina exotica majora sunt, sed plerumque multipartita. Junior fungus (an semper?) ab ullo auctore memoratus, quantum scio, integer est, resupinatus, orbicularis pezizaeformis, et totus niveo-candidus. Substantia sicca, excarnis. De lamellis Bulliardus dicit p. 381., quod primum

margine *canaliculatae* sint (*t. 346. f. c.*), demum apertae et revolutae (*t. 581. f. h.*), ceterum sunt simplices et vix ramosae, et quod singulare, in speciminibus subterraneis, Scopolio affirmante, pileo concolores sunt.

Obs. An forsitan huc referenda tanquam varietas *resupinata*, *lamellis ex centro radiantibus*, Lithodermomyces *Batar. p. 62. t. 24. B.* de quo auctor sequentia adnotat: peculiaris hic fungus supra saxum tophaceum, in lateritia fornace excoctum inventus est, absque pedunculo, tenacissime saxo conjunctus. Pars inferior (pileus) tota tomentosa et cinerea, superior erat sulcata (lamellata), sulci crebri parum profundi et amethystini coloris. Tota substantia erat medium inter lapideam et coriaceam tenens.

LXXIX. Agaricvs. *Volva* nulla. *Pileus* carnosus aut membranaceus, integer aut dimidiatus. *Lamellae* longitudine inaequales, marcescentes, exsuccae.

† Petronia, *pileo dimidiato.*

* *Apodes*, *pileo sessili.*

1. *Epixylon*, gregarius pusillus caesio-umbrinus, pileo glabro suborbiculari basi effuso, dorso adnato, lamellis radiantibus concoloribus.

A. *epixylon*, exiguus tenellus sessilis dimidiatus squamiformis glaber, superne caesio plumbeus, lamellis latis crassiusculis, basi

declivibus. *Bull. Hist. d. champ. 2. p. 382. t. 581. f. 2.*

Ag. *applicatus*, acaulis orbicularis saturate cinereus nigrescens horizontalis, dorso verticaliter adnatus, laminis ab omni margine versus centrum impresso-adnatum tendentibus. *Batsch. El. fung. Cont. I. p. 171. t. 29. f. 125. Sowerb. fung. t. 301.*

β. pezizoides, minutus fusco nigricans, pileo integro verticali aut horizontali ruguloso, basi villo albo adnato.

Ag. *pezizoides* cyathiformis sessilis oliva-ceo-fuscus, lamellis intra cupulam inaequalibus didymis. *Nees ab Esenb. in N. Actis Academ. Caesar. vol. IX. p. 249. t. 17. f. 18. Fries l. c. p. 276.* (juvenilis).

γ. carpineus, cinerascens glaber, primo pezizoideus, deinde dimidiatus horizontalis, reflexus, lamellis distantibus cinereis. *Tab. XXVI. Fig. 8. a, b.*

Species sat rara, ad truncos et salices cariosas crescit, *β.* in Helvetia frequentior in ligno praesertim abietino reperitur, *δ.* una solummodo vice in trunco putrescente Carpini Betuli mihi obvia, et A. *striatulo* sat affinis videtur, magis cinerea est praesertim in lamellis.

Ag. *epixylon*, quoad Bulliard, prima aetate cupulam inversam refert, margine circa basin saepe ciliato, aetate profecta squamifor-

mis

mis fit. Lamellae, pro pilei diametro, latissimae, cinereae, caesioplumbeae, nonnunquam dilute rufidae. — Color fungi, ex Batsch, est ex nigro fusco-cinereus. Superficies tota quasi pruinata, et dorso subtomentosa. Ex observatione b. Sowerbei color est griseo-viridis vel glaucus, et pileus dorso in petiolum productus, quo saepe cyathi — vel campanulae formis evadit.

* *cocoides*, sparsus cinerascens, pileo glabro convexo, ab initio subresupinato concavo: ore obliquo, dein truncato-dimidiato, lamellis albido-cinereis. *Tab. XXV. Fig. 3. et a.*

In caule exsiccato Pteridis aquilinae repertus et pictus a D. Petit.

Obs. Crescendi modo, item et habitu cum A. *epixylo* similitudinem habet, nonnullis interea notis ab illo dissentit, et ulterius examinandus.

2. *merulinus*, gregarius substipatus exiguus pileo dimidiato, basi subeffusa affixo, striato subtomentoso, lamellis latiusculis distantibus albis, simpliciter dichotomus.

Rarissime inveni pulchellam hanc speciem ad basin truncorum in viridario quodam. Magnitudine Ag. *applicato* B. similis, sed lamellis ramosis, nec tamen plicaeformibus quam maxime differt; etiam hoc peculiare habet, quod color pilei in eadem grege fuerit pallidus et aeruginosus.

3. *trichotis*, dimidiatus exiguus, pileo nigricante toto hirto, lamellis fusco-cinerascentibus. *Tab. XXVI. f. 9.*

Agaricus striatulus, β. hirsutulus. *Consp. fung. p. 232.*

Ad truncos rarissime provenit, magnitudine Ag. *variabilis*, pileo explicato, non convoluto ejusque hirsutie sat densa, ab antecedente differt.

4. *striatulus*, pusillus dilute cinereus, pileo membranaceo striato glabro pellucido, lamellis paucis distantibus. *Syn. fung. p. 485. Fries l. c. p. 193. Observ. Mycol. 2. p. 48.*

Hab. in Germania, et Suecia, ad ligna pinea et ad ramos aliarum arborum. Latitudine tri-quadrilineari, siccus corrugatus. Variat lamellis sordide albis; etiam totus fuscus est. *Fr.*

5. *elatinus*, gregarius violaceo-fuscus, pileo carnoso, juniore resupinato integro, basi albo-fibrilloso, adulto dimidiato horizontali. *Tab. XXIV. f. a. b.*

β.? Agaricus *violaceo-fulvens*, pileo membranaceo violaceo-fulvo, lamellis concoloribus. *Batsch. El. fung. p. 95. t. IX. f. 39. Syn. fung. p. 483.*

Fungus, de quo pictura hic affertur, crescit in Vogesia, et prope Neuchatel ad cortices Pini Abietis Linn.; quoad specimina a D. Mongeat et Chaillet communicata, ab initio fere

pezizaeformis est, et basi fibrillis curtis albidis cortici affixus, pezizam quamdam sat magnam et altam praebens, substantia est carnosa non membranacea. Pileus dein pro more dimidiatus fit et horizontalis, externe glaber, et subfarinaceus, forte exsiccatione, ½ unc. fere latus.

Obs. Species Elenchi fungorum quamvis concolor, diversa videtur, uti ex descriptione autoris liquet, dicit enim: Pileus est membranaceus, supra tomentosus, dimidiatus orbiculatus. Lamellae convexae (quae solummodo pictae sunt). In truncatura trabium humidarum repertus, margine rectilineo adnatus.

6. *cynotis*, dimidiatus imbricato - cespitosus sessilis, pileo (adulto) glabro subviscoso rufo - brunneo, lamellis densis lutescentibus, basi subcrispis. *Tab. XXIII. Fig.* 5. *a — d.*

Autumno, in trunco lignescente, inveni plura hujus speciei individua (12 — 15) cespitem efformantia, basi materie farinoso - fibrillosa unita. Juveniles subiculo albo - farinaceo insidebant, etiam toti albidi et pariter farinosi erant, primo subspathulati, dein sensim dilatantur, margine adhuc involuto, adulti glabri ac viscositate lenta, obtecti. Lamellae venis in nonnullis connexae. Substantia coriaceo - carnosa; sed tenuis. Sapor valde ingratus, sed non stypticus.

7. *byssisedus*, pileo fibrilloso suborbiculari fuligineo-canescente, lamellis incarnato-fuligineis, stipite brevissimo, radiculis byssoideis. *Syn. fung. p. 482. Ic. et Descr. fung. p. 56. t. 14. f. 4. Fries. l. c. p. 276.*

Ad truncos cariosos fagineos interdum obvenit. Pil. junior integer et fere resupinatus, adultus reniformis, subumbilicatus, unc. 1 latus. Lamellae latiusculae, cinerascentes. Stipes, tenuis, evanescens.

Obs. Fungus sub hoc nomine in *Flora Dan. t. 1552.* pictus, alia species est.

8. *Dictyorrhizus*, candidus, pileo semiorbiculari, margine sinuato, basi fibrilloso, radicibus tomentosis retiformibus. *Decand. Syn. pl. Gall. p. 28. Flor. Gall. 2. p. 394.*

In cubiculo quodam repertus ad argillam humidam, supra quam radiculae fibrilliformes niveae reticulatim expansae fuerunt, ex pilei basi enatae. Stipes aliquando etiam adest brevissimus. Fungus ceterum valde tener, et una cum lamellis inaequalibus pulchre albus. *l. c.*

9. *lamellirugus*, pileo dimidiato planiusculo, oblongo albicante, lamellis croceis, venis conjunctis, stipite brevissimo vel nullo. *Decand. Flor. Gall. Suppl. p. 44.*

Cresc. in Gallia meridion. ad ramos vetustos, sero autumno. Formam habet inaequalem, oblongam; pileus ab initio convexus; dein planus, margine reflexo. Lamellae basi

venoso - anastomosantes et aurantio - pallidae sunt.

10. *conchaceus*, subterraneus, acaulis resupinatus - subimbricatus, linguaeformis ruber, lamellis flavis.

Petronia *conchacea*, multiplex ruber, lamellis flavis. *Scopoli Fung. subterran p. 108. t. 31. f. 2.*

In *Pacherstollea.* Caro pauca. Margo inflexus. Apex adscendens. Substantia flexilis. *Scop.*

11. *quercifolius*, subterraneus, pileo submembranaceo sinuato - lobato roseo - flavoque vario subtriquetro, lamellis densis luteis.

Petronia quercifolia. *Scop. l. c. p. 107. t. 30.*

Ex *Anton. de Padoa Stollen.* Pileus 3-4 unc. longus, basi in petiolum fere porrectus, versus apicem ultra 2 unc. dilatatus, in disco roseus, ad limbum flavus. Caro vix ulla. *S.*

12. *porrigens*, imbricatus candidus, pileo plano glabro, basi compressa angustata compressa, lamellis longe decurrentibus. *Syn. fung. p. 480. Obs. Mycol. 1. p. 54.*

A. *porrigens*, candidus, pileo adscendente sessili auriformi subglabro, lamellis angustis linearibus integerrimis. *Fries Syst. 1. p. 187.* Ag. palmatus. *Schumach. Flor. Soelland. p. 362.*

Hab. in Hercynia et in Suecia, ac Dania ad truncos Pini. Latitudine biunciali; pileus subtriqueter, substantia aquosa, basi in formam stipitis applanatus. — Imbricatus, magnitudine varius, subflaccidus, basi porrecta, saepe tomentosa, rarissime stipitem exserens. Pileus laevis, in majoribus lobatus. Lamell. juniorum venosae, subdivisae. *Fries.*

12. b. *pinsitus*, explanatus candidus, pileo molli sessili villoso, lamellis latiusculis obscurioribus. *Fries. Syst.* 1. *p.* 184. *Schaeff. t.* 213. *f.* 2.

Ad truncos quercinos, autumno. Mollis laeviter carnosus, flaccidus, apice latior explanatus. Lamell. decurrentes. Odor fungi, uti farina recens. *Fr.*

12. c. *ursinus* imbricatus sessilis, pileo adscendente tenaci rubicundo, basi utplurimum fusco-tomentoso, lamellis crenatis albidis. *Fries. l. c. p.* 185.

In Suecia, ad truncos cariosos Fagi, durante autumno. Pileus difformis, sublobatus, testaceo-incarnatus; nunc glaber, nunc disco tomentosus. Lamell. usque ad basin decurrentes, 4-6 lin. latae, et lacerae. *Fr.*

13. *nidulans*, gregarius, pileo reniformi tomentoso flavescente, demum resupinato, lamellis confertis aurantio luteis. *Syn. fung. p.* 482. *Ic. et Descr. fung. p.* 56. *t.* 6. *f.* 4. *Fries. l. c. p.* 189. *Consp. fung. p.* 231.

In Germania, Gallia et Suecia ad truncos pineos, passim et fagineos. Junior resupinatus integer, tomento molli adnatus; adultus horizontalis, aliquando subimbricatus, unc. 1-1½ latus.

14. *flabelliformis*, pileo planiusculo glabro cervino, margine lamellisque crenatis, stipite brevi aut nullo. *Fries*, *p.* 185. *Bolton. Fung. t.* 157.

In Anglia ad truncos. 2-3 unc. latus, dilute fuscus. Lamellae latiusculae.

15. *scobigeria*, pileo dimidiato oblongo subquadrangulari glabro lutescente, lamellis concoloribus.

Inventus prope Poitou a D. Delastre, super serraginem crescens situ fere erecto. Pileus basi productus, radicis 4-5 lin. longae, adinstar pulvere serragineo, cui forte adhaeret, cinctus, ½ unc. latus, apice paullo latior ibique reflexus.

16. *dubius*, magnus acaulis applanato-dilatatus subreniformis, pileo tenui, margine late crenato repandoque, dorso basi subpubescente, obscure helvolo, lamellis pallidis.

Hab. in Gallia. Magnitudine fere triunciali, sed subtenuis, forma regularis.

Obs. Ad specimen siccum et mecum communicatum judicandum, ab Agarico *molli* diversus est; sed an margo semper crenulatus sit, nescio. A. *flabelliformi.* Bolt. non bene

congruit, cujus pileus laceratus et multiformis dicitur. Agaricum auriculae- vel flabelliforma, superne subobscurum, inferne *album*. *Mich.* *p.* 123. *nr.* 4. *t.* 65. *f.* 1. quoad magnitudinem, formam et marginem crenatum (ex icone) non equidem distat, sed stipite distincto, et lamellarum colore differt.

17. *mollis*, gregarius aquoso-mollis, pileo glabro gibboso pallido aut lutescente, lamellis confertis subcinnamomeis. *Syn. fung.* *p.* 480. *Schaeff. fung.* *t.* 213. *Sowerb.* *t.* 98. Ag. lateralis. *Bolt.* *t.* 71. A. canescens. *Batsch.* *f.* 38.

Autumno ad truncos cariosos, etiam ad Salices vetustas occurrit, unc. 1-2 latus subflexuosus, substantia aquosa fere gelatinosa.

* *heteroclitus*, magnus lobatus, pileis aliis dimidiatis, lamellis integris; aliis in tuberem convolutis, lamellis longe decurrentibus venosis.

Merulius lamellosus. *Sowerb. fung.* *t.* 303.

Repertus in cella quadam. Pileus tener, elasticus, ex albido pallens. Lamell. glandulis stipitatis obtectae. An forsitan varietas monstrosa antecedentis? Fungus denuo observandus et melius e vivo describendus.

18. *bubalinus*, pileo glabro subflabelliformi plano opaco fusco-argillaceo, lamellis confertis strictis, stipite brevissimo. *Tab.* XXIV. *Fig.* 3. *a.*

In Gallia a D. Cauvin repertus ad ligna, forte terra substrata, qua basis fungi erat obtecta. Latitudine biuncialis, margine sublobatus. Lamellae subpulveraceae, latere plicatae. Ex sicco.

Obs. Color genuinus forsitan parum alius. Ag. *molli* videtur, affinis, sed magis carnosus est.

19. *proboscideus*, ochraceus, pileo carnoso resupinato, vertice porrecto stipiti-formi, lamellis concurrentibus. *Fries. Syst.* 1. *p.* 274. *Ejusd. obs.* 2. *p.* 232.

A. resupinatus. *Flor. Danica. t.* 1072.

In cryptis, ad ligna pinea, exeunte Augusto, in Dania observatus. Extus pubescens, basi tomentosus, ½ - 1 unc. latus. *Fr.*

20. *algidus*, pileo carnoso laevi glabro umbrino, strato superiore gelatinoso, lamellis pallidis, dein lutescentibus. *Fries. l. c. p.* 190.

Agaricus lateralis. *Flor. Dan. t.* 1556. *f.* 2. (junior). Ag. subsessilis *Flor. Dan. t.* 1552. *f.* 1. (evolutus). *Schum. Saell. p.* 364.

Nascitur in Dania et Suecia ad truncos Betulae. Saepe imbricatus, subreniformis, dein repandus, 2 unc. latus. Lamellae juniores albidae. *Fr.*

21. *atrocaeruleus*, pileo carnoso villoso atrocaeruleo, strato superiore gelatinoso, lamel-

mellis albidis. *Fries, l. c. p.* 190. *Schaeff. t.* 246. *f.* 3. *et* 9?

Raro, in Suecia, ad truncos Fagi. Octobr. Mollis, obovatus, 1-2 unc. latus. Lam. confertae, subinde flavescentes. *Fr.*

22. *horridus*, cespitosus submagnus, pileis imbricatis villoso-squamosis et strigosis obscure fuscis, lamellis ex puncto excentrico radiantibus pallidioribus. *Sowerb. t.* 99. Ag. echinatus.

A. *mastrucatus*, pileo carnoso squamoso murino-griseo, strato superiori gelatinoso, lamellis griseo-albidis. *Fries. p.* 190.

Cresc. in Anglia ad Aceres emortuas, in Suecia ad truncos Fagi, Sept. et Novembr. D. Fries suum fungum describit ut difformem, in majoribus lobatum, flaccidum, 2-4 unc. latum. Pileus ex Sowerby dorso adnatus integer carne crassa, subtremulosa.

22. *fluxilis*, subsessilis, pileo gelatinoso fluxili reniformi umbrino, lamellis distantibus albidis, paucissimis integris. *Fries. Syst.* 1. *p.* 189.

Ad truncos muscosos Fagi. Solitarius, inodorus, substantia tenui viscida mollissima diaphana. Pileus puncto laterali leviter adfixus, reniformis, junior membrana fugaci tectus, dein glutinosus. Lamell. persistentes, paucissimae solummodo integrae, reliquae breviores aut dimidiatae sunt, uti 10 ad 1. *Fr.*

23. *haustellaris*, pileo reniformi villoso alutaceo-pallido, lamellis rotundatis ferrugineis, stipite laterali sursum attenuato albo. *Fries. p.* 274. Ag. flurstedtiensis. *Batsch. El. fung. Cont.* 1. *p.* 171. *t.* 24. *f.* 124. (icon mala dicitur).

In ramis putridis Pop. tremulae, in Suecia; in cortice Salicis prope Jenam lectus. Parvus, leviter carnosus ½ unc. et ultra latus. Stip. 2-4 lin. longus, villosus, junior adscendens. Sporulae ferrugineae. *Fr.*

24. *translucens*, pileo membranaceo pellucido orbiculari ex albido rutilante, lamellis primo pallidis, dein subviolaceis, tandem ferrugineis, stipite vix ullo laterali. — *Decand. Flor. Gall. Suppl. p.* 43.

Cresc. prope Montpellier ad vetustas Salices, ubi in cibum colligitur. Pileus irregularis.

25. *violaceo-ruber*, subimbricatus, pileo subcarnoso violaceo, dein applanato rubro, margine substriato, lamellis dilutioribus, stipite subnullo. *Consp. fung. p.* 230.

Crescit in Lusatia supra lignum fagineum vetustum. Pileus junior amoene convexus et pulchre violaceus, adultus prorsus applanatus et ruber, ¾ unc. latus, fragilis. Stipes perbrevis; interdum vix ullus, interea tomentum niveum circa pilei basin constanter adest. *Consp.*

26. *variabilis*, gregarius aut sparsus, pileo submembranaceo, primo resupinato, dein horizontali tomentoso albo, lamellis albido-rubiginosis. *Syn. fung. p.* 483. *Obs. Mycol.* 2. *p.* 46. *t.* 5. *f.* 12.

Agaricus sessilis. *Bull. champ. p.* 384. *t.* 581. *f.* 2. A niveus. *Sowerb. t.* 97. (bona).

Aestate et autumno frequens, ad stipites et ramulos, (passim et ad gramina) ad terram dejectos, colore niveo mox perceptibilis: Nascens integer, pezizaeformis, saepius stipitem tenuem ex centro emittens, deinde dimidiatus fit et horizontalis, stipite evanido. Lamellae ab initio albae fere, deinde rutilantes, sporulis onustae.

* *chioneus*, candidus subresupinatus pusillus, pileo tenui villoso, lamell. latiusculis concoloribus, stipite brevissimo villoso demum, evanescente. *Tab. XXVI. fig.* 10. *et* 11.

Rarius ad ligna crescit. Vix 2 - 3 lin. latus.

* *Hypnophilus*, sessilis dorso affixus applanatus albus, pileo subreniformi subglabro, lamell. simplicibus concoloribus. *Tab. XXIV. Fig.* 5. *a.*

Passim ad muscos majores, etiam in arborum foliis dejectis occurrit. An Ag. *epibryus*, pileo tenui verticali sericeo candido, lamellis confertis gilvis. *Fries. Syst.* 1. *p.* 275.?

Obs. Duo hi fungilli Agarico *variabili*

colore et habitu conveniunt exceptis lamellis, quae non in maturitate decolorantur, an forte a causa quadam exteriore? Hinc eos nondum ut species proprias distinguere voluerim, donec a me aut ab aliis melius observati sint. Sequens parum quoque differre videtur.

27. *septicus*, candidus, pileo e resupinato reflexo, laevi pubescente, lamellis radiantibus stipite tenui incurvo pubescente, radiculis byssoideis. *Fries. p.* 192.

Agaricus flabellatus. *Bolt. t.* 72. *f.* 2. A. pubescens. *Sowerb. t.* 321. (ex Fries).

Ad truncos putrescentes passim, Aug. — Octobr. Colore A. *variabilis*, sed sporidiis differt. Stipes 2 lin. fere longus, quoad insertionem peculiaris, subinde cum radiculis obsoletur. Pileus demum liber, subcarnosus, 3-5-6 lin. latus. *Fr.*

28. *depluens*, pileo tenui reniformi rubescente-cano, basi villoso albido, lamellis distinctis latiusculis rufescentibus. *Fries, l. c. p.* 275. *Batsch El. fung. Cont.* 1. *p.* 167. *t.* 24. *f.* 122.

Ag. epigeus. *Syn. fung. p.* 484. *Obs. Mycol.* 2. *p.* 47.

Ad terram nudam orbitarum, passim ad latera rupium, etiam supra muscos (ex Fries). Substantia aquosus. Stipitis rudimentum adest in plerisque. Lamel. latae convexiusculae, pulverem copiosum lateritio - fulvellum spar-

gunt. *B.* Pileus obsolete tomentosus, margine substriatus, latitudine fere uncialis. *Fr.* Stipes incurvus, 3 lin. longus. Sapor virosus, ingratus.

** *Pileo dimidiato, stipite magis distincto, persistente.*

29. *tremulus*, solitarius terrestris, pileo laevi submembranaceo albido-cinerascente, disco subdepresso, basi stipiteque brevi albo tomentosus, lamellis angustis albido-fuscescentibus. — *Schaeff.* t. 227. *Sowerb.* t. 242.

Ag. *glaucus*, griseus substipitatus, pileo sericeo, stipite albentiore pruinato laterali, lamellis rarioribus crassiusculis. *Batsch. El. fung. Cont.* 1. *p.* 170. *t.* 24. *fig.* 123.? (fungo adhuc juvenili, uti videtur).

Hab. autumno, rarius, ad terram, in sylvaticis, (etiam circa Parisios uti antecedens). Stipes adscendens, utrinque planus, albo-tomentosus. Pileus subflabelliformis, subinde parum reniformis, 4 lin. ad ½ unc. latus. Lamellae distinctae, lineares, nec pulvere obtectae, ut in priore, cui satis similis.

30. *applanatus*, subimbricatus fragilis pileo albido, ad partem rufescente, lamellis confertis concoloribus, stipite brevi tereti tomentoso. *Obs. Mycol.* 1. *p.* 8. A. planus. *Syn. fung. p.* 480. *Consp. fung. p.* 230.

In Germaniae truncis putridis gregarie crescit. Pileus subtriqueter, planus, humidus,

unc. latus. Stipite tereti tomentoso, brevissimo ab A. porrigente differt.

31. *umbrinus*, pileo dimidiato reniformi glabro obscure spadiceo, lamellis stipiteque sublongo incurvo dilutioribus.

Initio autumni semel ad ligna emollita mihi obvius. Pileus subcarnosus, 3-4 lin. latus subpulverulentus. Lamel. latiusculae laxae. Stipes subpubescens, 2-3 lin. longus, 1 crassus.

32. *acerosus*, griseus, pileo striato expallente, lamellis linearibus, stipite excentrico strigoso. *Fries Syst.* 1. *p.* 191.

Supra folia acerosa et ramulos Abietis in sylvis densis. Stipes 3 lin. fere longus. Pileus membranaceus, humidus striatus griseus; siccus cano-sericeus, 1-2 unc. latus, profunde lobatus, quasi plures dimidiati in uno stipite. *Fr.* — Antecedenti nimis affinis videtur.

33. *mutilus*, albus, pileo reniformi subsericeo, lamellis subdecurrentibus confertis, stipite excentrico glabro adscendente, *Fries*, *l. c.*

Ad terram locis umbrosis; in sylvis? autumno. Gregarius, et subiculo quodam byssaceo tenui plerumque insidens. Stipes tenax, 3-4 lin. longus. Pileus subumbilicatus, irregularis, ½ unc. fere latus. Lamell. tenues decurrentes. *Fr.*

34. *petalodes*, albo-cinerascens, pileo tenui lato dimidiato in stipitem complanatum de-

sinente, lamellis angustis curvilineis decurrentibus albido cinereis aut lutescentibus. *Bull. Hist. d. champ.* 2. *p.* 391. *t.* 226. *et* 557. *f.* 2. †

In sylvis abeunte aestate et autumno habitat. Terrestris et solitarius. Stipes obliquus, complanatus, nec raro canaliculatus. Pileus lateralis, veluti pulverulentus, (hinc non villosus) carnoso membranaceus, adultus 1-3 unc. latus. *B.*

35. *spathulatus*, solitarius erectus, submagnus, pileo spathulato pallescente disco spongioso-squamuloso, stipite canaliculato. *Obs. Myc.* 1. *p.* 55. *t.* 4. *f.* 1. *Syn. fung. p.* 480—481. *Consp. fung. p.* 229.?

Rarissime in fagetis occurrit, ad terram, in Germania. Stipes unc. 1. longus, lin. 1 latus, superne sulcatus, villosus; inferne punctato-squamulosus. Lamellae decurrentes, pileo concolores. Pileus carnoso-membranaceus; disco depressus, margine reflexus, suborbicularis. *l. c.*

* *anatinus*, gregarius terrestris, pileo dimidiato in stipitem sublongum porrecto rufescente-rubro, lamellis decurrentibus albidis. *Tab. XXV. f.* 5.

Hab. in graminosis sylvaticis fagineis in Gallia (Compiègne), ubi plura specimina simul crescunt. Stipes compressus albus. Lamellae primo albidae, demum pallide luteae.

Obs.

Obs. Fungum ipsum non vidi vivum, sed eum hic annotavi ex brevi descriptione, quam D. Léré, una cum pictura mecum benevole communicavit, opinante hunc Agaricum esse A. *petalodem* Bull., a quo tamen mihi diversus videtur, cum forma, colore et crescendi modo differat.

36. *cochlearis*, çespitosus fulvus, pileo ovali convexo hirsuto, margine revoluto, stipite sublongo incrassato tereti.

Agaricum caespitosum fulvum, cochlearis — aut spathulae forma, hirsutum. *Mich. gen. pl. p.* 123. *nr.* 20. *t.* 65. *f.* 5.

Ad Quercum autumnali aut brumali tempore, in Italia. Habitu proprio distinctus. Pileus equidem non dimidiatus est, sed margine cum stipite, unc. 1. longo confluit.

* *conformis*, cespitosus sordide luteus, pileo ovali convexo glabro, margine revoluto, stipite elongato subaequali. *Mich. l. c. nr.* 19. *f.* 6.

Cum antecedente habitatione et forma convenit, sed glaber, et colore dilutior est.

37. *putatus*, terrestris submagnus albicans, pileo subcarnoso obliquo flabellato glabro, lamellis abbreviatis, stipite crassiusculo tereti glabro.

* Omphalomyces mutilatus. *Battarr. tab. IX. f.* 2.

In arvis circa flum. Ariminum autumno

lectus. Esculentus et Arimini sub nomine *Cardarella bianca* notus.

„Pedunculus albus, plenus et laevis (sat longus, basi rotundatus). Sulci (Camellae) profundi et albidi. Pileolus in limbo, non in centro, cum pedunculo conjungitur, 2 unc. latus, sordide albus.“ *Bat.*

38. *Ascalus*, magnus cinerascens, pileo uno latere ad basin inciso, pluribus interioribus invicem incumbentibus multiplice.

Polymyces Ascalus, i. e. fungus multiplex, pedunculo vestitus. *Batt. t.* 14. *f. D.*

„Haec fungi species ad aridos Populi truncos pullulat, et nihil aliud est, nisi variarum pileatorum fungorum portionum aggregatus, quae portiones modo duae, modo plures ita dispositae sunt, ut rosam imitarentur. Quaelibet pars carnosa et mollis. Sulci profundi et rari, unionum colorem imitantes. Pulvisculus indeficiens ex sulcis labitur et fungini graveolet. Ad Flumicini ripas tempore autumnali non infrequens.“ *Batt.*

39. *leporinus*, pileo simplice magno infundibuliformi, uno latere ad basin labiato-fisso, margine repando, lamellis albis.

Agaricum infundibulum dimidiatum imitans, per oras undulatum, superne parte obscurum et veluti sericum, inferne lamellatum et album. *Micheli gen. pl. p.* 123. *nr.* 16. *t.* 65. *f.* 2.

Mense Octobri, circa Florentiam, in sylvaticis repertus. Stipes nullus? Pileus infundibulum imitans, 2-3 unc. altus et latus, fere membranaceus.

* *Semiinfundibulum*, albopallens magnus, pileo carnoso? subobliquo glabro infundibuliformi, margine reflexo, lamellis confertis decurrentibus, stipite brevi crasso.

Hypophyllum seminfundibulum. *Paulet icon. fung. t.* 25. *f.* 1. *et* 2. *Ejusd. Traité des champ. vol.* 2. *p.* 117.

Hab.... Pilèus in medio latitudine palmari, deorsum semitubulosus, fissura longitudinali valde aperta, margine non expanso, formam fungi dimidiati magis exhibet, quam duae antecedentes species. Species, mihi ignota, ex auctore ad usum suspecta.

40. *ostreatus*, caespitosus imbricatus, pileo glabro nigricante-cinereo, lamellis confertis albis, basi anastomosantibus, stipite laterali brevi crasso. *Syn. fung. p.* 477. *Fries Syst.* 1. *p.* 182. *Jacq. austr.* 3. *t.* 288. *Curt. Londin. t.* 216. *Sowerb. t.* 241.

Agaricus nigricans. *Flor. Dan. t.* 892.

Dendrosarcos nigrescens. *Paull. ic. t. XXII.?* (var. pileo fere integro, et stipite longo centrali.)

Ad truncos arborum, autumno praesertim pluvioso. Quoad aetatem colore differt, *cfr. Flor. Dan. t.* 1616. pileo cinereo-lutescente

squamuloso: A *dryoideus*, et Schum. Saelland. p. 362. et 365. *atro-albus*, pileo ingente e violaceo et castaneo nigro. *Consp. fung. p.* 228. Lamellae decurrentes, basi venoso-reticulatae, et stipes crassiusculus brevis, nunc glaber, nunc basi strigosus, hanc speciem distinguunt.

* *gyrinus*, simplex totus albus, pileo carnoso convexo ovali, lamellis basi venoso-reticulatis, stipite laterali longissimo fusiformi. *Tab. XXV. F.* 1.

In fissura trunci cariosi repertus a D. Petit, et alia var. *lamellis dilute sulphureis* a D. Léré prope Compiègne observata.

Obs. Verosimile est huncce fungum, longe caudatum, varietatem degeneratam esse *Ag. ostreati:* stipite intra lignum cariosum ita longe penetrante, ut basi parti ligni magis durae affigere sese possit. Adnotari tamen meretur, quod odore sit grato fere aniseo, quo A. *ostreatus* non donatus videtur.

41. *glandulosus*, sessilis, aut in stipitem brevem et crassum desinens, pileo dimidiato, lamellis glandulosis niveis curvilineis decurrentibus. *Bull. Hist. des champ. p.* 388. *t.* 426. *Consp. fung. p.* 228. *Fries p.* 182.? †

Arborum emortuarum aut languentium trunco innascitur, autumno et hyeme ineunte; utplurimum coacervatus, interdum est solitarius. Stipes lateralis, crassus et brevis, saepius fere nullus. Pileus nunc concameratus

(convexus), nunc multivarie cavus (depressus), 4-8 unc. latus. Lamellae glandulis tomentosis intervallatisque instructae. (*des houpes velues et glanduleuses placées de distance à autre*). *Bull.*

42. *Cornucopiae*, aggregatus caespitosus; pileo carnoso albido-pallido rufescente glabro, lamellis albidis, basi simplicibus, stipite subbrevi crassi villoso concolore.

Dendrosarcos Cornucopiae. *Paull. Ic. fung. t.* 28. *Ejusd. Traité, v.* 2. *p.* 119.

Crescit autumno ad truncos varios arborum frondosarum, nonnunquam ad 20 individua aggregatus, quorum unum alterumve, pileo gaudet integerrimo infundibuliformi. Magnitudine fungi Ag. *ostreati*, a quo satis diversum censeo. Hujus varietas videtur Ag. *conchatus, Fries Syst. p.* 181. pileo tenaci difformi incarnato-cinnamomeo, lamel. basi integris. (Ag. conchatus Bull. t. 298.)

Obs. Bulliardus sub nomine Ag. *dimidiati* in Hist. fung. p. 385. tab. 298., 508. et 517., exclusis fere omnibus synonymis, plures confundisse videtur species, ex ipsis figuris vix dignoscendas. *Tab.* 508. forte est Agar. *ostreatus. Tab.* 517. affinis aut forte eadem species, ac Ag. *gyrinus. Fig. O.* an Ag. *salignus? Tab.* 517. f. 8. formam singularem sistit sequenti modo definiendam: Ag. *proliferus*, totus lutescens, pil. infundibuliformi

ut plurimum integro, lamell. longe decurrentibus; stipitibus basi unitis, proliferis. (Pil. 3 unc. fere longus. Stip. 2 unc. longus).

43. *spodoleucus*, subsolitarius, pileo plano subaequali cinereo, lamellis simplicibus albis, stipite glabro. *Fries Syst. p.* 182. †

In Suecia ad truncos Fagi, raro. Pileus subinteger. Lamellae eglandulosae, angustae, basi non anastomosantes. *Fr.*

An satis distinctus a sequente? An stipes semper glaber?

44. *allochrous*, subimbricatus magnus, pileo dilatato convexo-plano, basi depresso tomentoso, stipite laterali brevi albo tomentoso.

Ag. salignus. *Syn. fung. p.* 478. *Fries p.* 183. *Consp. fung. p.* 229.

α. ochraceus, totus ochraceus vel flavescens. *Abbild. d. Schw.* 3. *Heft. ic. Trattinn. Fung. Austr. Fasc.* 2. *p.* 43. *t.* 4. *f.* 8.

Dendrosarcus juglandis. *Paul. Icon. fung. t.* 20. (bis). Lamellis dilutioribus, et stipite vix ullo distinctus).

β? *avellanus*, pileo dimidiato-imbricato, pileo lato glabro nitente-flavido, lamellis albis. *Decand. Flor. Gall. Suppl. p.* 44. *Thore chlor. Landin. p.* 479.

In Gallia meridionali ad truncos caesos praesertim populneos. Pileus 6-8 unc. latus,

colore nucis Coryli Avellanae. Recens odorem spargit violaceum. *D.*

γ. *fuligineus*, dimidiatus solitarius magnus, pileo rufescente - fuligineo, lamellis dilute cinereis, stipite subtuberoso albido villoso. *Obs. Mycol.* 2. *p.* 45.

Autumno ad Salices vetustas, perraro. Stipes durus substrigosus. Substantia compacta, sapore subacris. An species?

44. *corticatus*, caespitosus amplus, pileo flocoso - villoso cinereo, stipite excentrico incurvo fibrilloso, velo lacero albo. *Fries l. c. p.* 179. *Ejusd. Obs.* 1. *p.* 92. *et* 94. (Ag. tephrotrichus).

Ad truncos Fagi et Coryli cariosos. Stipes 1 - 2 unc. longus, 1 crassus. Pileus 2 - 6 unc. latus, margine involutus, albicans. Lamel. latae, postice anastomosantes. *Fr.*

45. *Lepiota*, caespitosus, pileo lato convexo dilute fuligineo, squamis pilosis nigricantibus, lamellis candidis, stipitibus annulatis. *Consp. fung. p.* 229. †

Hab. in Lusatia, et *unica* modo vice repertus in disco trunci abietini, medio Septembr. Pileus semiorbicularis, 4 - 5 unc. latus. Stipes brevis, crassus, marginalis, sed fere perpendicularis, supra annulum laevis candidus, infra eum nigrescente - squamulosus. Annulus ipse spectabilis, fuligineus. *Consp.*

Obs. Haec species, de qua icon valde

desideranda esset, anomaliam singularem offert, stipite annulato in pileo dimidiato; annulus tunc etiam dimidiatus esse debet, quod vero haud memoratur.

46. *dryinus*, solitarius dimidiatus, pileo compacto albido, squamis fuscescentibus distincto, lamellis decurrentibus, stipite excentrico subsquamoso. *Syn. fung. p.* 478. *Nees Syst. t.* 22. *f.* 177.

Agaricus dimidiatus. *Schaeff. t.* 233. *Commentar. p.* 96.

Ad truncos Quercus, etiam Mali. Pileus 2-3 unc. latus. Lamell. subrepandae. Stip. 1½ unc. fere altus, rugulosus. Sapor non ingratus. D. Fries hac in specie velum fugax observavit.

* *gibbosus*, subgregarius majusculus fuliginosus, pileo convexo-gibboso minute sparsimque piloso, lamellis convexis decurrentibus stipiteque brevi laterali concoloribus.

Dendrosarcus cochlearis. *Paull. ic. t.* 22. *Ejusd. Traité*, 2. 110.

Quoad figur. Latitudine fere palmari, et una cum lamellis arcuatis 3 unc. fere altus. Esculentus ex auctore.

47. *juglandinus*, subgregarius, magnitudine mediocri, pileo compacto glabro pallescentenitido, lamellis distinctis rotundato-adnexis albidis, stipite excentrico incurvo squamuloso. *Tab. XXIII. Fig.* 4.

Rarissime his in regionibus ad truncum Jugland. regiae mihi obvius.

Pileus 2-3 unc. latus, convexo-planus non squamulosus, fere integer, aut prope stipitem quasi truncatus. Lamellae supra stipitem prominent, non, aut parum decurrentes. Stipes duritie fere lignosus, ad basin rimoso-squarrosus. Odor fere farinaceus, sed fortis. Ab A. *odryino* pileo glabro et stipite differt.

48. *serotinus*, pileo carnoso compacto subviscoso olivaceo-virente, lamellis confertis subramosis pallidis, stipite sublaterali squamis nigrescentibus obsito. *Syn. fung. p.* 479. *Abbild. d. Schw.* 3. *ic. Fries Syst.* 1. *p.* 187. *Flor. Dan. t.* 1293. *f.* 2.

In Europ. boreali non rarus, sero autumno ad Jan. usque ad truncos Alni, Fagi et Betulae inveniendus. Stipes teres, crassiusculus, lutescens (etiam obsoletus ex Fries). Lamell. angustae, plerumque flavicantes; sed etiam albidae et incarnatae in Suecia. Pil. substantia firma; variat colore viridi, olivaceo, fuscescente, et nonnunquam rubelli quid habet admixtum. *Consp. fung. p.* 229.

49. *pulmonarius*, pileo obovato molli glabro cinereo-alutaceo, lamellis adnatis lividis, stipite laterali brevissimo villoso. *Fries Syst.* 1. *p.* 187.

Ad Betulae truncos prostratos, in Suecia, Octobr. Pileus (dimidiatus?) etiam subrenifor-

mis, 2-3 unc. latus. Lamel. latae, simplices, ob situm stipitis decurrentes apparent, sed aequaliter et determinato-desinentes (abruptae?) *Fr.*

50. *craspedius*, caespitosus, pileo depresso glabro cinereo-fusco, lamellis adnatis stipitoque excentrico brevi albis. *Fries l. c. Flor. Dan. t.* 892. (Ag. fimbriatus).

Ad truncos in Dania. Pileus imbricatus, horizontalis, magnitudine varius, ad 3 unc. usque. Stipes rectus, glaber crassus (quoad ic.)

51. *stypticus*, gregarius et imbricatus parvulus, pileo reniformi alutaceo-pallido subfarinaceo, lamellis venose connexis obscurioribus, stipite adscendente apice dilatato. *Syn. fung. p.* 481.

A. *stypticus*, coriaceus, stipite laterali, pileo dimidiato tenui, lamellis curvilineis, in hemicyclum basi terminatis. *Bull. Hist. p.* 389. *t.* 557. *f.* 1. *Trattin. Fung. Austr. p.* 15. *t.* 1. *f.* 2. *Flor. Dan. t.* 1292. Agaricus betulinus. *Bolt. fung. t.* 72. *f.* 1.

Autumno et hyeme leni ad truncos caesos, plerumque quercinos, satis nitida haec species crescit, quae variat colore plus minusve intenso, pileo integro et stipite subcentrali.

55. *farinaceus*, caespitosus pileo flexuoso fusco-umbrino, furfure albido-caesio consperso, lamellis distinctis liberis (separatis), stipite

brevi laterali. *Fries l. c. p.* 188. *Schum. Saelland p.* 365. †

Autumno in truncis caesis subputridis, in Dania et Suecia. Pileus ½-2 unc. latus, plicatus, umbrino-cinnamomeus, farinaceus, margine acutus. Lamell. venis non connexae (quo praesertim ab antecedente differre videtur) postice rotundatae, pileo paullo dilutiores. Stipes brevissimus, vel subnullus. *Schum.* De sapore nil dicitur.

56. *mitis*, parvus subgregarius albus, pileo subcarnoso laevi, lamellis separatis; stipite brevi dilatato. *Syn. fung. p.* 481. *Obs. Mycol.* 1. *p.* 54. *t.* 6. *f.* 3. *Fries l. c. p.* 188.

Hab. locis montosis, in ramis Pini Abietis et Laricis. Insipidus, ½ unc. fere latus. Lamel. confertae, angustae pariter albae. Stipes uti in antecedente, nonnunquam squamulosus, ex Fr. Pileus non imbricatus, glaber.

†† Pleuropus. *Excentrici. Pileo integro regulari, aut obliquo, ut plurimum depresso, lamellis decurrentibus. Stipite breviusculo excentrico, adscendente.* (Species plerumque ad truncos arborum adhuc vivarum crescentes).

57. *fornicatus*, solitarius compactus, pileo planiusculo rufescente-livido, lamellis distinctis subdecurrentibus rutilis, stipite brevissimo tomentoso subexcentrico. *Syn. fung. p.* 474.

Agaricus carnosus *Bolt.* *t.* 146. non male refert hanc speciem.

Provenit rarius in Germania et Anglia? ad truncos, forma peculiari distinctus. Stipes fere perpendicularis, longitudine et latitudine aequalis, ½ unc. Pileus carnoso-coriaceus, ultra unc. latus. Lamellae demum subcrispae.

* *torulosus*, pileo tenaci depresso alutaceo-rubescente, lamellis subcrispatis pallidioribus, stipite brevi griseo-tomentoso. *Fries.* *p.* 181. *Consp. fung. p.* 227.

Agaricus carneo-tomentosus *Batsch. El. fung. t.* 8. *f.* 33. *Nees Syst. t.* 21. *f.* 176.

Dendrosarcos Bavarix. *Paull. ic. fung. t.* 26. *f.* 3. *et* 4. (icon Batschii hic repetita).

Hab. in Germania, Suecia ad truncos Betulae. Pileus colore varius, subinde maculatus, demum fere infundibuliformis. Stipes crassus, aliquando etiam violaceo-tomentosus. Fr. — Caespites hujus fungi hinc inde in nemorosis obvii, truncos semiputridos involvunt praecoces, vigent enim Junio in autumnum usque *Consp. fung.* Secundum eosdem autores color est variabilis, sed semper in rubescentem tendens. Fungus ipse mihi nondum obvius et cum antecedente nimis cognatus, ut ejus varietatem dicerem, videtur.

58. *pulvinatus*, pileo pulvinato subrepando carnoso-suberoso glabro albido, disco pallido-incarnato, lamellis confertis decurrenti-

bus albis, stipite brevissimo duro. *Syn. fung. p.* 370. *Fries p.* 280.

In Germania et Suecia perraro ad truncos. Pileus 4-5 unc. latus, planiusculus, rugulosus, laevis. Lamellae convexae, 2-3 lin. latae. Stipes ½ longus et totidem fere crassus. Sapor gratus.

59. *candidus*, magnus albicans, pileo subdimidiato squamoso, lamellis crassis decurrentibus, stipite excentrico subperpendiculari crasso.

Agaricus candidus. *Schaeff. fung. t.* 225. *Comment. p.* 92. satis convenit.

Hab. ad truncos in Germania et Gallia. Latitudine palmari, valde carnosus. Lamel. sublatae. Stip. unc. 1 longus, ½ crassus, albus, glaber.

60. *inconstans*, submagnus, pileo depresso integro aut dimidiato lobato flexuoso subrufescente, lamellis subramosis, basi crispis, ex albo rutilantibus, stipite fuligineo. *Syn. fung. p.* 475.

Agaricus flabelliformis *Schaeff. t.* 43-44.

Ad truncos Fagi. Stipes brevis, nunc centralis, nunc lateralis, fuligineus. Pileus substriatus saepius emarginatus, tenax.

61. *atrotomentosus*, magnus, pileo carnoso fusco-ferrugineo, lamellis lutescentibus, basi subanastomosantibus, stipite curvato firmo tomentoso. *Syn. fung. p.* 472. *Fries Syst.*

p. 272. *Batsch. El. fung. t.* 8. *f.* 32. *Nees f.* 175.

β. omphalodes, pileo infundibuliformi, stipite centrali atropurpureo. *Consp. fung. p.* 226.

γ.? pannoides, luteus, pileo carnoso sessili obovato glabro, lamel. subramosis crispatis. *Fries l. c. p.* 273.

Rarius ad truncos salicinos, *β.* in Lusatia et Suecia, in truncis pineis frequentius crescit. Stipes radicatus, 2 unc. circiter longus, tomento denso molli fusco-violaceo, atropurpureo vel griseo, obductus. Pileus siccus, margine involutus, resupinatus et vertice porrecto ex *Fries*, hinc ejus Ag. *pannoides Syst. p.* 273. mera varietas videtur.

62. *olearius*, magnus caespitosus, pileo subdepresso glabro fusco-badio aut ferrugineo, lamellis densis decurrentibus, stipite crassiusculo subexcentrico, deorsum attenuato.

Agaricus olearius. *Decand. Flor. Gall. Supp. p.* 44. Fungus perniciosus. *Mich. gen. p.* 191. *nr.* 3.

Dendrosarcos Oleae. *Paul. Ic. fung. t.* 24. *f.* 1. *et* 2. Ejusd. Dendros. *phosphoreus t.* 24. bis. (Figura melior). Ej. D. *Ilicis* et *Carpini*, l. c. male picti, varr. videntur.

Crescit in Italia et Gallia meridionali, ad radices denudatas Olearum. Ex Decand. passim quoque invenitur in truncis Carpini Sy-

ringae, et Querc. Ilicis. Fungus valde venenatus; et singulari est natura, in obscuritate lucere. Etiam forma variabilis, praesertim quoad situm stipitis, qui nunc lateralis est, nunc excentricus, rarius centralis, carneo-fibrosus et pileo concolor. Color pilei viride aureo-rufus, subtus obscurior, latitudine palmari.

* *phosphoreus*, caespitosus pileo infundibuliformi primo aequali, dein obliquo, croceo-coccineo lucido, stipite incrassato duriusculo subcavo extus intusque-lateo.

Polymyces phosphorus. *Battar. p.* 39. *et* 40. *t. XIV. f. E. et t. XIII. f. A. et B.*

„Octobri in Italiae sylvis et agris legitur, frequentius tamen ad *Olearum* radices. Pedunculi (stipites) varii, tubiformes, carnoso-fibrosi, duri, externe luteo-crocei. Ludit mirum in modum forma et in sulcis est elegans phosphorus. *Esculentus.*" Bat.

Obs. Vix dubium videtur, quin idem ac antecedens sit fungus, qui ab omnibus mycologis tamen ut perniciosus habetur, ac hicce esculentus praedicatur.

63. *tessellatus*, stipite pleno nudo obliquo brevi, pileo tesselatim picto, lamellis stipiti continuis basi aduncis latissimis. *Bull.* (*Venten.*) *Hist. d. Champ. p.* 583. *t.* 513. *f.* 1.

A. *tessulatus*, pileo convexo tenaci subobliquo, guttato-marmorato dilute ferrugineo,

lamel. adnatis albis, stipite brevi excentrico. *Fries* p. 186.

Innascitur trabibus et truncis arborum, praesertim Pyri Mali, utplurimum solitarius. Stip. 2 unc. longus, 4-6 lin. crassus, arcuatus, sublateralis. Pileus 3 unc. fere latus. *l. c.*

β. *guttatus*, pileo carnoso compacto subconvexo fuligineo-pallido, maculis rotundis subobscurioribus notato, lamellis confertis albis, stipite solido excentrico concolore.

Semel tantum inveni in trunco adhuc vivo Querc. *pubescentis*, prope Parisios. Forte mera antecedentis varietas. Odorem habebat fortem et saporem amaricante-nauseosum.

64. *ulmarius*, caespitosus albopallescens, aut griseus, pileo carnoso duriusculo glabro, lamellis confertis latissimis, stipite duro sublongo horizontali. — *Sowerb. fung. t.* 67. (optima).

Inveniendus mense Novembri ad truncos Ulmorum, sed non equidem communis est, nec facile colligendus. Ex maximis et utilibus, sapore grato praeditus. Pileus plerumque 4 unc. latus, sed tempestate favente etiam latitudine spithamaea, cum lamellis, quae non decurrunt, unc. 1 crassus. Stipes 3 unc. longus, 2 fere crassus, aliquando centralis et erectus.

Obs.

Obs. Figura Bulliardi de hoc fungo, tab. 516. expressa, non bene quadrat in specimina a me observata, et forsitan varietas est Agarici *pulmati* ejusdem auctoris.

64. b. *palmatus*, cespitosus, pileo laevi glabro rufescente, lamellis adnatis concoloribus, stipite excentrico glabro dilutiore. *Fries Syst.* 1. *p.* 186. *Bull. tab.* 216. *Sowerb. t.* 62.

Ad truncos Quercuum, Ulmorum et ad ligna fabrefacta, sed perraro. Pileus stipes sublateralis, adscendens, sed non equidem crassus, ½ unc. fere. Lamellae latiusculae, non decurrunt. Pileus convexo-planus, latitudine palmari.

65. *austerus*, subcespitosus, pileo subcarnoso semiorbiculari glabro albo-pallente, lamellis latis rotundato-adnexis albis; stipite subexcentrico villoso.

Ad truncos Ulmeos moribundos passim inveni, mense Decembri.

Stipes, ob situm, incurvus, subhorizontalis subbrevis, 2-3 unc. longus, 3-4 lin. crassus, albus, villo sat denso obsitus. Lamel. ½ unc. latae, planae, non decurrentes, margine erosulae. Pileus 3 unc. latus, exacte hemisphaericus, unicolor, ad tactum gravis, humidus; substantia compacta, lin. 1-2 crassa, nivea. Odor fortis et sapor fastidibilis, hinc non edulis, uti Ag. *ulmarius*, a quo etiam stipite villoso differt.

* *trabeus*, submagnus compactus, pileo glabro margine deflexo pallescente, lamellis confertis tenuibus, postice rotundatis albis, stipite brevissimo crasso excentrico glabro?

Ad ligna exsiccata, trabes, autumno rarius nascitur. Stipes ultra unciam longus et crassus, durus laevis, albido-pallens. Lamellae 2 lin. latae. Pileus 4-6 unc. latus. Odor saporque fortes.

Obs. Ab antecedente, quocum multis notis convenit, praesertim in stipite, de quo incertus sum an glaber sit, uti videtur, quoad speciem discrepare videtur.

66. *dasypus*, subcaespitosus, pileo carnoso convexo murino, lamellis emarginato-adnexis candidis, stipite tenace villoso. *Syn. fung. p.* 348-349.

Hab. in Germania ad truncos quercinos. Stipes tomento brevi denso obtectus, durus. Lamel. 3 lin. latae non decurrentes. Pileus 3 unc. latus, compactus, subinde tessellatus. Odor et sapor fortis; amaricans. — Antecedenti affinis, ab eo tamen lamel. et stipite vix excentrico diversus.

††† Omphalia. *Pileo carnoso aut carnoso-membranaceo, orbiculari, integro* (non dimidiato), *umbilicato aut infundibuliformi, lamellis decurrentibus, stipite solido vel subcavo* (non fistuloso) *centrali.*

* *Pileo flavescente, fusco, squamuloso.*

67. *Auricula*, solitarius terrestris, pileo tenaci infundibuliformi, uno latere inciso, e pallescente subfuligineo, lamellis congestis candidis, stipite brevissimo crasso subvilloso.

Rarissime in sylva prope St. Cloud, autumno ad terram collegi speciem hanc, forma peculiari instructam, et inter Omphalias et dimidiatas intermediam. Pileus quidem est orbicularis, sed uno látere usque ad basin incisus. Lamellae angustae, decurrentes, nonnullae subdichotomae. Stipes ½ unc. altus et latus, villo tenui obtectus. Totus fungus simplex latitudine palmari, substantia e carnoso subcorriaceus, recens glaber quidem, sed exsiccando in disco tomento brevi compacto canescit. Cum A. *Ascaeo* affinitatem habet.

68. *cochleatus*, cespitosus, pileo infundibuliformi lobato - contorto obscure rufescente, lámellis dentato - serratis pallidis, stipitibus sulcatis basi connatis. *Syn. fung. p.* 450. *Abbild. d. Schw. 3tes Heft ic. Consp. fung. p.* 218.

Agaricus confluens. *Sowerb. t.* 168. Ag. cornucopioides. *Bolt. t.* 8. (mediocris).

β. *dentatus*, subgregarius, pileo umbilicato regulari integro aut dimidiato, lamellis dentatis albidis, stipite sulcato rufescente. *Syn. fung. p.* 476. *Fries p.* 178. A. intermedius. *Schum. Saell. p.* 361.

In Anglia, Germania et Suecia in truncis

fagineis aut abietinis provenit, forma pilei cochleari (in *α*), et odore aniseo persistente facile dignoscendus.

69. *suffrutescens*, pileo subinfundibuliformi sublateritio, lamellis decurrentibus concoloribus, stipite longo ramoso sublignoso albo-virescente. *Brot. Flor. Lusit.* 2. *p.* 466.

Hab. in lignis humidis et putrescentibus in cellis Conimbricae in Lusitania. Stipes 4-6 unc. longus, lignosus, perennis et ramosus, ramis pileoliferis pluribus distinctus. Var. sequentis?

70. *polymorphus*, pileo compacto inaequali dilute ochraceo, squamis maculae-formibus obscurioribus, lamellis dentato-laceris, stipite valido squamoso. *Fries Syst. p.* 176. (A. lapideus).

Agaricus squamosus. *Schaeff. t.* 29. *et* 30.

β. tubaeformis, stipite elongato tereti, medio fuliginoso, basi rufo, apice pallidiore; pileo juniori convexo, demum concavo, lamellis decurrentibus laceris. *Decand.* (*fil.*) *in Annal. des Scienc. Naturell. Tom.* 1. 1824. *p.* 347. *fig.* 1-4. *Schaeff. t.* 248-249. *Sowerb. t.* 382. *Flor. Dan. t.* 1438.

γ. ceratoides, totus ramosus absque pileis. *Flor. Dan. t.* 405. Ramaria ceratoides *Holmsk. Fung. Dan. p.* 101. *ic.*

Clavaria lignosa *Dickson.* Clavaria thermalis. *Decand. Syn. p.* 20. *nr.* 266.

δ. pileo integro aut dimidiato, squamis ferrugineo-spadiceis, stipite curvo subferrugineo-reticulato.

Agaricus tessellatus. *β. dentatus.* Consp. fung. p. 226.

ε. proboscideus, grandis regularis; stipite recto aequali glabro: aliis sterilibus proboscideis oppositis. *Battar. p. 36. t. XII. f. A.*

In Italia supra Populi putridi corticem repertus. Ex brevi descriptione spithamam latus esse debet, et „alia fungosa corpora circa eum aderant, quae proboscidem aemulabantur." *Battar.*

Ad truncos variarum arborum, in Eur. boreali, praesertim pineos crescit, aestate. Ex allatis varietatibus speciem valde variabilem esse liquet, praesertim si in cellis aliisque cryptis provenit. A. *tigrino* omnino similis, sed major et magis coriaceus est, etiam lamellarum natura differt.

71. *tigrinus*, gregarius, pileo umbilicato albido, squamis pilosis nigrescentibus, lamellis confertis subdenticulatis, stipite subtenui squamuloso. *Syn. fung. p. 438. Sowerb. t. 68. Bull. t. 70.* et ejusd. Ag. *mollis*, secundum ipsum auctorem (vid. textum, p. 508.) *Battar. t. XII. fig. C. et B.* (stipite glabro).

β. lepidopus, minor, pileo inciso, stipite squamis densis imbricatis squarroso. *Batt. l. c.*

fig. D. et *ejusd.* Bulla caule squamoso. *p. 57. t. XXVIII. f. h.?*

Provenit species sat pulchra, jam mature aestate pluviosa ad truncos, praesertim Salicis albae. Recens jam odorem spargit parum ingratum, sed putrescendo foetentem, sapore etiam substyptico est. Stipes, ob situm fere excentricus, sed durus et elasticus. Pileus 2-3 unc. latus.

72. *Dunalii*, pileo inaequali albido infundibuliformi, squamulis nigricantibus, margine subrevoluto, stipite submolli albido, basi squamis nigricantibus munito. *Decand. Flor. Gall. Suppl. p.* 46. *St. Amans Fl. Agen. p.* 575. *t.* 12.

Crescit ad truncos Salicis in Gallia meridionali. Stipes aequalis (cylindricus). Pileus saepius excentricus, irregularis, margine revoluto nigricante. Lamellae crispae. Substantia fungi tenuis, coriacea. Odor gratus. *St. Amans.* Parum ab A. tigrino differt, an ejus var?

β. dichotomus, pileo infundibuliformi, squamis fuscescentibus, lamellis denticulutis subcrispis, stipite longo tortuoso furcato-ramoso albido, basi nigricante. *Brondeau* (ex Descr. et fig. communicatis cum Soc. Linnaeana).

Ab auctore repertus fuit in Salice quadam excavata, prope Estralle, humo plana, in qua stipes erat immersus, basi tamen trunco ad-

haerente, unde difformis factus. An potius var. A. *polymorphi?*

73. *affricatus*, pileo albido, squamulis pilosis cinereis, lamellis latis stipiteque cavo griseus. *Fries Obs. Mycol.* 2. *p.* 213.

Agaricus tigrinus. *Consp. fung. p.* 220. quoad locum natalem terrestrem, secundum D. Fries.

In Sueciae paludosis frequens. Majo-Junio. Pileus profunde umbilicatus, etiam infundibuliformis, ½ unc. latus, carnoso-membranaceus, interdum griseo-pallidus. Stipes fistulosus, glaber, unc. 1 altus, lin. 1 crassus. *l. c.*

74. *trichaeus*, pileo carnoso alutaceo umbilicato, squamis pilosis sparsis, lamellis dentatim decurrentibus stipiteque cavo luteis. *Syn. fung. p.* 451.

Crescit ad ligna Pini putrescentis, praesertim in Hercynia. Pileus opace ochraceus, subviscosus quasi, 1 - 2 unc. latus. Lamel. sublatae. Stipes glaber, incurvus.

75. *bellus*, pileo carnoso-membranaceo umbilicato squamuloso aureo, lamellis dentato-connexis pulverulentis stipiteque subtenui dilutioribus. *Syn. l. c. Consp. fung. p.* 218.

Solitarius vel caespitosus nascitur in truncis cariosis abietinis, in Hercynia et Lusatia. Stipes unc. 1 longus, tenuis, sed parum tenax. Lamell. apice divisae. Pileus irregularis, unc. 2 - 3 latus, demum fere planus, squa-

mulis plerumque fuligine quasi afflatis distinctus. ex *Conspectu.*

76. *chrysoleucus*, cespitosus, pileo carnoso-membranaceo umbilicato albido, lamellis distantibus sulphureis, stipite cavo albo brevi. *Syn. fung. p.* 457. (excl. var. *β.*)

Etiam in Hercyniae abietinis ad truncos crescit. Stipes quoque incurvus, ob locum, brevis et subtenuis; in fungo juniore solidus. Pileus subplicatus, unc. 1 latus, demum pallescit.

77. *splendens*, pileo carnoso plano-depresso glabro obscure helvolo splendente, lamellis congestis tenuibus albis, stipite elastico flexuoso, basi villoso. *Syn. fung. p.* 452.

Rarius in fagetis repertus ad terram. Stipes solidus, parum longus, ex albido pileo subconcolor. Pileus 2-3 unc. latus, sapidus.

78. *turundus*, solitarius, pileo subcarnoso depresso luteo cinereo-squamuloso, lamellis decurrentibus flavo-albis, stipite elongato fistuloso fulvo nitido. *Fries Obs. Mycol.* 2. *p.* 199. *Ej. Syst.* 106.

In Sueciae sylvis inter frutices et gramina, aestate et autumno. Stipes 2-3 unc. longus, aequalis, tenuis, rigidus. Pileus leviter carnosus, unc. 1 fere latus, umbilicatus, junior convexus, luteus squamulis cinereis. Lamel. distantes. *Fr.*

Obs. Secundum auctorem proximus A. *coccineo* vel ejusd. *miniato*, sed in *Obs. Myc.* l. c. cum *bello* etiam comparatus, hinc et ob lamel. decurrentes, *cet.* hic insertus est.

79. *squamulosus*, pileo subtenaci late umbilicato minute squamuloso subincarnato aut rutilante - alutaceo, lamellis distinctis albidis, stipite solido longo subtenui. *Syn. fung.* *p.* 450. *Fries Obs.* 2. *p.* 197.?

Rarius in pinetis occurrit. Stipes basi villo albo foliisque acerosis dense obtectus, aequalis, 2 ½ unc. longus, 3 lin. crassus, pileo concolor. Lamel. non valde decurrunt, angustae. Pileus 2 unc. et ultra latus, parum carnosus, elasticus, in adultis subflexuosus.

80. *diatretus*, pileo subcarnoso planiusculo subumbilicato incarnato glabro, sicco albido, lamellis decurrentibus stipiteque farcto aequali candidis. *Fries syst. fung. p.* 83. *Ejusd. Obs. Mycol.* 2. *p.* 200.

In sylvis muscosis, pinetis passim. Pileus etiam saepe convexo - planus et lamel. minus decurrentes; ille tenax subflaccidus, unc. 1 fere latus. Stipes 1 - 2 unc. longus, 1 - 2 lin. crassus, tenax. *Fr.*

81. *sinopicus*, pileo subcarnoso umbilicato tenui glabro subcinnabarino, lamellis decurrentibus candidis, stipite aequali farcto rubro. *Fries l. c. p.* 83.

In sylvaticis humidis. Solitarius et gregarius. Stipes uncialis, fibrillae radicales cum particulis heterogeneis bulbum saepe formant. Pileus orbicularis, leviter carnosus, carneo-cinnabarinus, exsiccatus pallescens, 1-1½ unc. latus, demum irregularis. *Fr.*

82. *flaccidus*, gregarius subcespitosus, pileo infundibuliformi tenui flavo-ferrugineo, lamellis confertis angustis dilutioribus, stipite farcto, basi incurvo repente ibique villoso. *Sowerb. t.* 185. *Bull. t.* 553. (Ag. infundibuliform.)

β. A. *flaccidus*, pileo tenaci infundibuliformi obtuso laevi flaccido, lamellis decurrentibus albidis, stipite farcto basi incrassato villoso. *Fries Syst.* 1. *p.* 81.

Hab. in Anglia, Suecia. Meum fungum non raro autumno inveni circa Parisios, inter folia decidua putrescentia, in sylvis frondosis. Pileus 3 unc. fere latus glaber, colori corii humectati similis, demum parum rutilans, tenuis. Lamellae arcuatae, primo parum albidae, sed maturae lutescunt. Stipes dimidia fere parte foliis obtectus, 2-3 unc. longus, 3-4 lin. crassus. Sapor styptico-nauseosus. Secundum D. Fries, colore variat candido, pallescente, ferrugineo et eleganter incarnato.

83. *gilvus*, magnus, pileo convexo obtuso dein infundibuliformi laevi rigido, lamellis decurrentibus e pallido gilvis, stipite farcto

subradicato, basi villoso. *Fries l. c. p.* 80. *Flor. Dan. t.* 1606.

Agaricus subinvolutus. *Batsch. El. fung. cont.* 2. *p.* 58, *t.* 37. *f.* 204.

Ag. cinnamomeus. *Bolt. t.* 22. A. cyathiformis. *Flor. Dan. t.* 1012.

Inter muscos et folia in pinetis et fagetis, in Suecia praesertim frequens dicitur.

Ex Fries stipes variat longus et perbrevis mollis, crassitudine aequalis. Pileus subcompactus, 3-4 unc. latus, submaculatus, humidus. Lamell. congestae, angustae, saepe ramosae. Color variat cinnamomeus, testaceus, alutaceus et incarnatus!

84. *gibbus*, pileo subtenui pallido infundibuliformi umbonato, lamellis decurrentibus albis, stipite elastico subbulboso, pileo concolore. *Syn. fung. p.* 449. *Consp. fung. p.* 217. *β.* fuliginea.

Hab. in Germania, in pinetis et fagetis; etiam graminosis et muscosis, ineunte autumno. Stipes 1½ unc. longus, cavus. Pileus submollis, pallens, „nunc in flavidum, nunc in incarnatum subtendens. Umbo nunc valde distinctus et majusculus, nunc obliteratus." *Consp.*

85. *suavis*, subsolitarius, pileo carnoso-subcoriaceo pallide helvolo umbilicato umboneque subacuto distincto, lamellis plano decurrentibus angustis, stipiteque sublongo pleno

candidis. Agaricus cyathiformis. *Bull. t.* 248. *f.* 13.?

Frequens his in sylvaticis una cum Merchantarello apparet. Odore est gratus, ut Ag. campestris, sed sapore parum adstringens. Pileus subpellucidus, sed substantia elastica, rigida, glaber, laevis, colore obscure alutaceus, 1½-2 unc. latus, etiam absque umbone invenitur. Lamel. vix lin. 1 latae, utrinque attenuatae. Stipes 2 unc. fere longus, 2-3 lin. crassus, elasticus, subtuberosus, villo sat denso cum terra aut foliis deciduis adhaeret.

86. *lobatus*, gregarius, pileo infundibuliformi tenui, spadiceo, margine lobato, lamellis fuscescentibus, stipite deorsum incrassato, subelongato. *Sowerb. t.* 186. *Fries Syst. p.* 94.

Hab. ad pedes arborum in Anglia, etiam prope Holmiam observatus a b. Swartz. Magnitudine communi. An forma pilei constans?

β.? *fimbriatus* sordide albidus, pileo demum infundibuliformi laevi, margine sinuato lobatoque, lamellis adnatis tenerrimis, stipite farcto brevi. *Fries l. c. Bolton t.* 61.

Hab. in Anglia, et in Suecia, ad terram et in ligno carioso, gregarie aut caespitose. Pileus subdifformis, parum carnosus, 3 unc. latus, junior plano-convexus, saepe excentricus, expallens. Lamell. congestae, valide an-

gustae, saepe furcatae. Stipes glaber vix uncialis. *Fr.*

87. *rufus*, cespitosus, pileo infundibuliformi villoso atrorufo lineato-sulcato, lamellis crassis rufis, stipite sublongo aequali incurvo. Polymyces umbilicatus rufus. *Battar. p.* 40. *t.* 23.

Ad sectorum quercuum truncos plerumque pullulat, tam in agrorum limitibus, quam in sylvis, austerus sapore est. *B.* Ex icone. Stipites plures basi uniti, 3 unc. longi, 3 lin. fere crassi, solidi, subrufi. Lamel. longe decurrunt. Pileus 2½ unc. latus, margine expansus, „cutis superior villosa, ut pannum, et atrorufa, quae etiam inter sulcos insinuatur, et utrimque sulcatus apparet fungus." *B.*

88. *flavicans*, magnitudine mediocri, pileo infundibuliformi glabro helvolo, margine fornicato, lamellis subbrevi-decurrentibus, stipiteque subincurvo flavescentibus. — *Sowerb. t.* 360. (A. flavidus). Ag. incurvus. *Schaeff. t.* 65.?

Hab. in Anglia. Colore et forma (nonnullis Lactariis simili) communi gaudet; distincta tamen species videtur. Ex icone, pileus 3 unc. fere latus, parum carnosus. Lamel. non confertae, nec valde latae, neque longe decurrunt. Stipes 1½ unc. fere longus, ½ crassus glaber, solidus, basi fuscatus.

89. *inornatus*, submagnus, pileo infundibuliformi lutescente-olivaceo, lamellis confertis primo planis; dein decurrentibus, stipiteque deorsum subincrassato pallide fuligineis. — *Sowerb. t.* 342. *Fries Syst. p.* 93.

Habitat in Anglia, ad terram, in sylvis? Si non colore, tamen forma satis pulchra. Stipes farctus. Lamellae aequales, sublatae.

90. *involutus*, gregarius compactus-subhepaticus vel obscure lutescens, pileo carnoso depresso concavo, margine involuto tomentoso, lamellis nonnullis dichotomis, basi subporiformibus dilutioribus, stipite brevi subcrasso. *Syn. fung. p.* 448. *Batsch. El. t.* 13. *fig.* 61. (fungus adhuc junior).

Agaricus contiguus. *Bull. t.* 246. *Sowerb. t.* 98. A. cyathiformis. *Schaeff. t.* 252. A. lateralis. *Ejusd. t.* 72. (Ag. adscendens *Bolt. t.* 55. A. vinosus. *Bull. t.* 54. fig. malae).

Hypophyllum Scyphus. *Paull. ic. fung. t.* 62. et Ejusd. Hypoph. infundibuliforme *t.* 63. *f.* 1. 2.

In sylvis locisque arenosis (circa Parisios copiose) crescit ad terram, aliquando quoque in truncis occurrit, aestatis fine in serum autumnum usque. Habitu a ceteris Agaricis divertit, et Boletis accedit, quibuscum etiam sapore acidulo congruit. Stipes plerumque brevis, sed in speciminibus luxurantibus, a nimiis pluviis ortis, quoque ad 2-3 unc. elongatus; pileo

tunc margine erecto et fere glabro. Lamell. subsucculentae, et laesae fere lactescunt.

β. *stillans*, pileo carnoso convexo-plano rutilo-pallente, margine involuto sulcato pubescente, guttulas roridas stillante, lamellis angustis dilute citrinis, stipite crasso pallente-albo.

In sylvula quadam Castanea, circa Parisios repertus. Stip. 2 unc. longus, compactus. Lamellae lanceolatae, pariter dichotomae. Sapor huic erat parum acris, raphanoides, sed non ingratus.

Obs. Si plures species inveniuntur, huic conformes, tunc ex iis genus distinctum efformari posset, *Rhythovis* forte denominandum.

91. *propinquus*, submagnus alutaceo-cervinus, pileo infundibuliformi margine glabro repando, lamellis confertis basi simplicissimis, stipite brevi crasso albido-pallescente.

β. *spadiceus*, pileo leviter depresso glaberrimo laevi spadiceo, lamellis simplicissimis dilutioribus, stipite brevissimo crasso laevi concolore.

In sylvis prope Parisios. Pil. in α latitudine palmari, in β fere totidem, laevis et glaber, sub lente vero inspectus squamulas valde exiguas habet, passim obliquus, juniorum involutus. Lamell. subperpendiculares, angustae, in β latiores et valde confertae. Stipes unc. 1 aut paullo ultra longus, totidem fere crassus,

sub lente minute squamulosus. Caro compacta sicca, primo dulcis dein substiptica. Fungus edilis videtur.

Obs. Habitu omnino cum sequente convenit, sed ab eo lamel. nec dichotomis, nec basi poriformibus recedit.

92. *muralis*, parvulus, pileo umbilicato deflexo radiato-striato, stipiteque farcto fusco-rufescentibus, lamellis latis pallidis. *Fries Syst.* 1. *p.* 165. *Swartz Act. Holm.* 1809. *p.* 94. *Sowerb. t.* 322.

In Suecia in graminosis crescit, et in Anglia communis supra vetustos muros. Fungillus serotinus, gregarius, unc. latus, subinde, marginibus erectis perulae ad instar contrahitur. Stipes vix unc. longus, solidus aequalis. Lamell. brevi decurrentes.

93. *turfosus*, gregarius parvulus, pileo late umbilicato margine reflexo repando zonato (?) fusco-pallido, lamellis distantibus pallidis, stipite brevissimo. *Sowerb. t.* 210.

In Angliae turfosis adhuc inventus. Pileus umbraculiformis, 1½ unc. latus, quoad picturam zonis distinctus. Lamel. arcuatae, breviter decurrunt, apice divisae. Stipes solidus, ½ unc. fere longus, pileo concolor.

β. *sabulosus*, pumilus helvolus, pileo umbilicato, lamellis distantibus albidioribus, stipite brevi subsolido.

His

His in locis perraro eum legi, locis arenosis inter gramina. Antecedente dimidio fere minor, a quo non male separari potest, etiam ob locum natalem diversum. Lamellae simplices et apice furcatae. Pileus non zonatus.

94. *fragilis*, parvus, pileo subcarnoso convexo repando umbilicato helvolo l. obscure ochraceo, margine dilutiore, lamellis breve decurrentibus, stipiteque gracili subbrevi dilutioribus. — *Batsch. El. fung. p.* 87. *t.* 39. *f.* 215. *Mart. Flor. Erlang. p.* 430.

Hab. in Germaniae pinetis, rarior. Tener, subhumidus. Pileus margine sublobatus, subviscosus cameratus, unc. 1-2 latus, subdifformis. Lamel. carneo-testaceae. Stip. 1-2 lin. crassus, deorsum tenuior, udus.

95. *muscorum*, gregarius, subparvus, pileo hemisphaerico umbilicato striato flavo fusco, lamell. distantibus? plano-adnexis pallidioribus, stipite curvato deorsum incrassato, interne tenuiter excavato. — *Hoffm. Nomencl. fung. p.* 181. *t.* 5. *f.* 3. *Martius l. c. p.* 431.

Inter muscos ad arborum truncos, passim, praesertim locis montosis. Pilei juniorum fere globosi, et stipites turgidi. Lamellae valde latae videntur.

96. *Campanella*, subcaespitosus, pileo convexo umbilicato striato ferrugineo, lamellis flavescentibus, stipite spadiceo, deorsum vil-

loso. *Fries Syst.* 1. *p.* 166. *Nees f.* 191. *A. fragilis. Schaeff.*

In Europae praesertim borealis et in alpestribus, ad truncos pineos sat communis provenit valde gregarie. Stipes sat firmus, 2 unc. fere longus, lin. crassus, aequalis. Lamel. venis connexae. Pileus pellucidus, ½ unc. latus.

97. *tricolor*, parvus, pileo membranaceo-subcoriaceo, umbilicato aut infundibuliformi ochraceo-flavo, lamellis distantibus subramosis aurantio-roseis, stipite tenuissimo farcto. — *Consp. fung. p.* 229. *Fries l. c. p.* 166.

Hab. in Lusatia et Suecia, locis graminosis subumbrosis, et pascuis, aetate et autumno. Stipes tenax, unc. 1 longus, deorsum fuscescens. Pileus 3-4 lin. latus. Lamell. triquetrae, versus basin enim latissimae sunt, demum pruna rosea obtectae.

98. *anthodius*, subumbrinus gregarius parvulus, pileo infundibuliformi plicato-striato, lamellis distinctis latiusculis decurrentibus dilutioribus, stipite longiusculo glabro.

Ad latera sylvarum, locis arenosis satis pulchellam hanc speciem, fasciculum florum referentem, prope Parisios inveni. Pil. 4 lin. latus, tenuis pellucidus, fragilis. Stipes unc. 1½ 2 longus, lin. 1 crassus. A sequente diversum puto.

β. *rufo-pallens*, subparvus, pileo subfragili umbilicato alutaceo-pallido, lamellis distinctis pallentibus, stipite longiusculo dilute rufescente.

Autumno rarius ad terram invenitur, antecedentis forma, nonnullis notis tamen differt. Stipes 2½ unc. longus, 2 lin. crassus: nonnulli basi inter se cohaerentes fasciculum efformant, ad tactum firmi. Pil. unc. 1 et paullo plus latus, parum fragilis, mollis, sed glaber, depresso-umbilicatus, subolidus.

99. *pyxidatus*, sparsus parvulus ligneo-pallens, pileo umbilicato ruguloso, lamellis distinctis, stipite subattenuato farinaceo. — *Bull. t.* 568.

A. *pyxidatus*, testaceo-rufescens expallens, pileo infundibuliformi, disco laevi, lamel. angustis, stipite firmo. *Fries*, *p.* 164.

Provenit serius in sylvis, locis apertis ad terram. Pileus, in meo fungo, 4 lin. ad ½ unc. latus, pallescens, et exsiccando parum albicans, glaber, humidus substriatus. Lamel. decurrentes, lutescunt. Stipes unc. 1-1½ longus, lin. 1 crassus breviter pubescens, praesertim basi. Ex Fries magnitudine valde variat, item et colore, qui incarnatus, testaceus, sordide fulvus, rufus, *etc.*

100. *Fibula*, gregarius pumilus, pileo umbilicato rubescente-ochraceo, lamellis distantibus arcuatim decurrentibus albidis, stipite

subelongato glabro pileo concolore. *Syn. fung.* p. 470. *Bull.* t. 550. f. 1. *Sowerby* t. 45.

Cresc. ad truncos, aut ad terram inter muscos. Pileus orbicularis, opacus, subrugulosus, sed non striatus, parum carnosus, ab initio etiam convexus (et tunc Ag. *clavus* Linn.?), dein subdepressus. Stipes primo farctus, postea cavus, unc. 1 ½ longus. Lamel. basi latiores, subdistantes, dein pallescunt. Species pulchella, firma.

Obs. Nonnullae hujus speciei ut varietates aut subspecies habentur, colore et quoad substantiam ut diversae forsitan aestumandae.

α. *nivalis*, totus flavus, pileo carnoso-membranaceo. *Flor. Dan.* t. 1072. f. 2. *Syn. fung.* p. 455. In Norwegiae montibus.

β *hydraceus*, major, pileo subinfundibuliformi membranaceo ochraceo, radiis obscurioribus ramosis striato, margine deflexo nonnunquam undulato-lobatus, stipite brevi, dein fistuloso glabro vel basi pubescente, lamel. flavescentibus. *Fries Obs. Mycol.* 1. p. 90.

(In sylva deusta paludosa lecta).

γ. *tubiformis*, totus rufus, pileo umbilicato striato, lamellis rarioribus, stipite tenui rigido sublongo.

Bulla tubiformis radiata. *Battar.* p. 59. t. 28. f. γ.

Autumno vulgatissimus, in Italia. An distincta species?

101. *Swartzii*, solitarius parvulus, pileo plano flavescente, umbilico sub spadiceo, lamellis longe decurrentibus albis, stipite elongato pallido, apice fusco-violaceo, aut purpurascente.

A. *Swartzii*, firmior, pileo laevi albido, disco fusco, stipite albido, apice subviolaceo. *Fries. l. c.* (var. Fibulae).

Pulchellum hunc fungillum non valde raro, his in regionibus autumno inter muscos reperi, et tanquam species distingui omnino meretur.

Stipes villositate alba foliis vel muscis adnatus, 1 ½-2 unc. longus, sed tenuis, ½ lin. crassus, firmulus, subglaucus, bicolor. Lamellae tenues, fere recte decurrunt. Pil. 3 lin. latus, subrugulosus, sed non plicatus, subcarnosus, glaber.

102. *urceolatus*, pumilus, pileo hemisphaerico umbilicato glabro fuligineo, lamellis distinctis arcuato-decurrentibus albis, stipite sublongo.

In pratis et locis graminosis, autumno sero. Forma grata distinctus. Pileus 3-4 lin. latus, 3 altus. Lamell. angustae. Stipes 2-2½ unc. longus, lin. 1 fere crassus, basi subvillosus.

103. *Vaillantii*, parvus, pileo plano plicato, lamellisque postice latissimis adnatis distantibus candidis, stipite solido glabro spadiceo, sursum incrassato pallidiori. *Fries Syst.* 1. *p.* 136. *Syn. fung. p.* 126.

Fungus, pileolo candicante, lamellis paucis, peduneulo fusco splendente. *Vaill. Bot. Par. p.* 69. *nr.* 58. *t. XI. fig.* 21 - 23.

Hab. in Gallia et Suecia. „Stipes unc. 2 longus, tenax, solidus, junior flavescens, dein niger, splendens; medio badius, apice albidus et ibi leviter pruinatus. Pileus explanatus, passim depressus, (ex Vaill. umbilicatus) striato-rigosus, ½ unc. latus. Lamell. simplices, triquetrae (quoad figur. Vaillantii decurrentes). *Fr.*

** *Pileo albicante.* (A. chrysoleucus, Vaillantii).

104. *Lepisma*, pileo carnoso glabro albo, margine involuto, lamellis obscurioribus, stipite subcavo attenuato subrufescente. *Fries Syst. p.* 271. (A. lepista).

Rarius in sylvis acerosis et frondosis, in Suecia. Statura prioris. Pileus laevis subhumidus, demum depressus. Lamel. decurrentes, basi simplices, fuscescentes. Stipes 2 - 3 unc. longus, 3 lin. fere crassus, basi villosus. *Fr.*

105. *giganteus*, albidus, pileo demum infundibuliformi, lamellis confertis decurrentibus, dein rufescentibus, stipite brevi crasso fuscescente. *Fries p.* 80. *Sowerb. t.* 244.

Agaricus maximus. *Flor. Wetterav.* 3. *v.* 2. *p.* 329. *Consp. fung. p.* 213-214.

In umbrosis frondosis, Septembr., in Germania, Suecia et Anglia." Totus dilute alutaceo-pallidis, vel albidus. Pileus speciminum majorum 1-2 pedalis, sed pro ratione tenuis, modice carnosus, exsuccus fere, in fundo obsolete umbonatus, margine in nonnullis lobatus (incisus?) subinvolutus."

106. *meligeus*, pileo subdepresso laevi albo, lamellis decurrentibus distantibus luteis, stipite solido crassiusculo albo. *Fries p.* 85. *Ejusd. Obs. Mycol.* 2. *p.* 201. †

In sylvis muscosis abiegnis semel inventus. Etiam quod locum dubieus. Stipes solidus, laevis, glaber. Pileus mollis fragilis subglaber, 2 unc. fere latus. Lamel. longe decurrentes. *l. c.*

107. *phyllophilus*, subgregarius aut solitarius albus, pileo umbilicato laevi, lamellis confertis, stipite basi villoso incurvo. *Syn. fung. p.* 457.

Agaricus cyathiformis *Bull. t.* 575. *f.* 2.?

Inter folia decidua, quibus villo denso adhaeret, non raro, autumno. Magnitudine mediocri, 2 unc. latus est. Stipes basi incrassatus, nonnunquam subcompressus, et subundulatus. Variat colore cinereo, subgriseo, pileo obliquo, et stipite stricto.

β. *fuliginatus*, pileo infundibuliformi albo, lamellis stipiteque basi recto dilute fuliginеis. Antecedente paullo major, et stipite basi non incurvo differt.

108. *phaeopthalmus*, gregarius, pileo tenui submembranaceo pellucido flaccido albo-pallido, umbilico profundo fuligineo-fusco, lamellis confertis ex albido griseis, stipite elongato tenui aequali dilute fuliginoso.

In querсetis inter folia arida. Stipes basi subtumidus, cavus, non incurvus, 2-3 unc. longus, 1-2 lin. crassus, lamel. tenues, lanceolatae, 2-2 ½ latae. Pileus fere ecarnis, glaber, in umbilico sat magno et aequali plerumque obscure fuscus, fere umbrinus, 1 ½-2 unc. latus. Odor virosus, acris.

109. *stereopus*, submagnus, pileo carnoso demum depresso pallescente, margine fornicato subrepando obsolete fibrilloso, lamellis decurrentibus tenuibus albis, stipite sublongo flexuoso duro albo, basi villoso.

Hab. ad margines sylvarum, aut in sylvis locis apertis (Vincennes) ad terram inter muscos. Ad majores spectat. Pileus latitudine palmari, repandus, substantia compacta alba, gustu subacris, sub lente visus, fibrillulis sparsis sericeis obtectus. Lamel. 2-3 lin. latae, sat profunde decurrentes. Stipes compactus, solidus, 4 lin. crassus, subflexuosus. Color

in pileo etiam subrutilans, et lamellis cum tinctura incarnata.

110. *tabularis*, submagnus, pileo subcarnoso applanato glabro albo-pallente, lamellis densis plano-decurrentibus stipiteque subtenui albis.

Rarius in sylvis subumbrosis, sero autumno. Stipes 2-3 unc. longus, 4 lin. crassus, subfibrillosus. Lamel. lanceolatae, in pilei ambitu valde attenuatae. Pil. 3-4 unc. latus, substantia molliuscula, et sapore adstringente.

111. *leucophaeus*, solitarius subparvus fragilis, pileo subcarnoso, primo planiusculo, dein subinfundibuliformi, lamellis confertis tenuissimis argillaceis (aut aquose cinnamomeis) decurrentibus, stipite tenui subtenaci pallido.

Rarius in sylvis ad terram. Stipes 1½ unc. longus, lin. 1 crassus. Lamel. latitudine inaequales, vix lin. latae. Pileus unc. 1. et ultra latus, disco interdum circinnatim rimosus. Sapor subvirosus.

112. *neapolitanus*, gregarius submagnus candidus pileo infundibuliformi laevi, lamellis confertis subangustis, stipite aequali glabro.

Singulari modo Neapoli ortus est haecce species, nempe in sedimento pulveris fabarum tostarum coffeae, et nunc ibi tali etiam modo

in usum culinarem colitur *). Pileus profunde umbilicatus, forma regulari, 3 unc. latus, non valde carnosus. Recens pulchre albus, exsiccatus pallescens. Lamellae longe decurrunt. Stipes firmus, 2-3 unc. longus, 3-4 lin. crassus, sub lente examinatus leviter pubescens.

113. *Markii*, cellaris pileo niveo umbonato tenero primum campanulato dein infundibuliformi, margine subinvoluto, lamellis tenuissimis subdecurrentibus, stipite gracili flexuoso farcto. *Trattin. Fung. Austr. Fasc.* 5. *p.* 140. *t.* 14. *f.* 28.

---

*) Le champignon que vous trouverez cijoint, se développe sur le marc du café pourri et gardé dans un endroit humide, pendant huit à dix mois. Ce n'est que depuis peu d'années, que le hasard le fit découvrir. Des jeunes Réligieuses d'un Couvent de Naples l'ont trouvé sur un tas de marc de café ramassé dans un coin ombragé de leur jardin. Dès lors elles en ont repandu la nouvelle, et à present on se le procure artificiellement; car ici, on a pris l'habitude de ramasses ce marc pendant quelque temps, en employant aussi celui des boutiques pour en faire une provision plus considérable. On fuit pourrir le marc dans un pot de terre cuite, non vernisé, déposé à l'ombre, et arrose pour entretenir une humidité constante. Les champignons paroissent au bout de six mois environ, ils sont bons à manger, et dassez bon goût. *Ténore, in Litt.*

Hab. in cellis ad dolia vinaria, in Austria observatus.

„Mycelium (radiculae byssoideae) tenuissimum candidum, macularum forma efflorescit in cellariis, ad dolia vinaria vetusta trabesque subjectas ex ligno quercino confectas, quarum tota superficies a byssorum demortuarum copia profunde nigrescit. Magnitudine mirifice variat hic fungus, et stipes adeo irregulariter in omnes directiones inflectitur, ut non raro pileum penitus inversum et lamellas sursum spectantes observare liceat. Odor gratus." *Tratt.*

114. *madidus*, subterraneus solitarius, pileo albo glabro madido, lamellis pallide fuscis, stipite brevi incrassato.

Ag. *Cornucopia*, infundibuliformis, margine lobatus. *Scop. Fung. Subterr. p.* 112. *t.* 39. *f.* 2.

In Theresiae *Schacht* (puteo metallico). Pileus albus, superficie madida, glabra, etiam palmaris. Lamell. pallide fuscae. Stipes brevis divergens solitarius. *Scop.*

*** *Pileo plus minusve fuliginoso, cinerascente, umbrino vel fusco-badio, nigrescente.*

115. *polycephalus*, ramosus proliferus magnus pileis carnosis umbilicatis griseis, lamellis albis, stipitibusque lanuginosis albis.

Fungus ramosus maximus, pileolo desu-

per griseo, inferne lamellis et lanugino pediculo albis. *Mich. N. gen. pl. p.* 190. *t.* 79. *f.* 1.

In Italia, mense Octobri in sylvis ad Pesam torrentem inventus. Polyporum polycephalum in memoriam revocat, cujus formam quadantenus refert. Caulis in tres principales divisus subdiffoimes satis crassus, qui unum aut duo alia individua minora proferunt. Pilei majores 1-2 unc. lati, plicato-repandi. Lamellae non profunde decurrunt arcuati. Esculentus videtur.

116. *ditopus*, olidus, pileo infundibuliformi coriaceo-membranaceo, dein undulato-lobato cinerascente, lamellis confertis subdecurrentibus stipiteque cavo subcompresso cinereis. *Fries Syst.* 1. *p.* 171. *Obs. Myc.* 1. *p.* 91.

In Sueciae pinetis inter muscos, Jul. — Septembr. Odore farinae recentis. Stipes aequalis tenax, in *Obs.* cinerascens, in *System.* fuscus, basi pubescens. Pileus difformis subexcentricus, saepe regularis, margine inflexo. Lamell. adnato-decurrentes, cinereae. — Pileo saepius excentrico et substantia coriaceo ad *Pleuropodes* accedit. *Fr.*

117. *difformis*, pileo carnoso-membranaceo cinereo-livido margine substriato: umbilico irregulari, lamellis latiusculis plano-decurrentibus albis, stipite longiusculo tenui sub-

tenace. *Syn. fung. p.* 170. *Fries Syst. p.* 170.

β. stygius, pileo campanulato umbilicato, lamellis adnexis ventricosis, stipite tenui gracili longissimo *Fries l. c.* (Inter Sphagna densa. An distinctus?)

Meum fungum in Hercyniae pinetis, olim inveni, cujus stipes tenuis lin. 1 ½ crassus, nitens. Lamellae cinerascunt. Pileus unc. fere latus, ore inequali undulatus, hinc difformis apparet.

118. *maurus*, pileo umbilicato: humido striato subfuligineo, sicco laevi nitente sericeo livido, lamellis confertis candidis, stipite subfistuloso rigido. *Fries l. c. p.* 168.

In Sueciae paludosis, sed praecipue locis humidis adustis. Pileus profunde umbilicatus, (in diagnosi convexus dicitur) glaber, 1 ½ unc. latus. Stipes 1-2 unc. longus, vix lin. crassus, pileo concolor, junior farctus. Lam. longe decurrentes, medio latae. *Fr.*

119. *incomtus*, pileo planiusculo submembranaceo umbilicato subfibrilloso griseo margine striato, lamellis livide flavescentibus, stipite fistuloso, obscure cinereo. *Fries Obs. Mycol.* 2. *p.* 212.

Vere, in Smolandia, in paludosis sphagnosis, rarius. Stipes 2 unc. fere longus, aequalis, inferne fibrillosus. Pileus tenuis, unc. vix latus, margine reflexus, pilis fibrillosis

subnigricantibus virgatus. Lamel. albido-glaucescentes. *Fr.*

120. *plicatus*, gregarius et subcespitosus fere excarnis, pileo subdifformi fuligineo-pallido, lamellis subdecurrentibus distinctis ad latera plicatis ex pallido parum fuscescentibus, stipite fibrilloso duriusculo subbrevi albido-rufescente.

Reperi hunc fungum, locis graminosis, mense Majo in sylvula Vincennes prope Parisios. Stipes 1½ longus, 2-3 lin. crassus, ab initio solidus, demum cavus. Lamellae non valde decurrunt, latera plicis varie tortis distinctae, 2 lin. latae. Pileus unc. 1½ latus, subinde subzonatus, umbilico passim obliquo, fere ecarnis, sapore substyptico.

121. *hedeosmus*, solitarius et subgregarius parvulus, pileo subcarnoso irregulari, subdepresso fragili pallide livido, lamellis confertis subdecurrentibus aquose pallidis, stipite elastico subtenui dilute rufescente, basi subtuberoso albido-villoso.

Rarius autumno ad margines sylvarum in graminosis. Stipes subdurus, 2-3 unc. longus, 2-3 lin. crassus, solidus. Lamel. non latae, et in stipitis apice modo decurrunt. Pil. 2 unc. latus, irregularis, vix carnosus. Odorem Anisi exhalet, et sapore grato edulis videtur.

β.? *anisatus*, albo-griseus, pileo umbilicato

aequali, lam. decurrentibus, stipite basi tuberoso.

Odore cum priore convenit, sed unicolor est. Pileus solummodo unc. 1 latus. Forsitan distincta species est et ab A. *odoro* diversus.

122. *fumigatus*, magnitudine media, pileo ab initio umbilicato, dein depresso opaco albo-fuligineo glabro, lamellis horizontalibus, parum decurrentibus albis, dein fuligineis, stipite sublongo elastico pileo concolore.

Ad terram in sylvis rarior (prope Parisios). Stipes 2 - 2½ unc. longus, lin. 1 - 2 crassus, glaber. Pil. 1½ unc. latus, subtenuis, rigidus. Lamellae postice latiores. Odor subfortis.

123. *platyceps*, magnus, pileo carnoso-membranaceo subtenaci pellucido, margine laevi plano, disco dein umbilicato badio, lamellis plano-subdecurrentibus albido-fuligineis, stipite cavo inverse clavato.

Agaricus murinus *Batsch. El. fung. t. 5. f.* 19. quoad colorem, sed ultra dimidium minor et stipes teres pictus).

Solitarie, locis muscosis ad terram. Stipes 3 unc. longus, 4 - 5 lin. crassus, pileo concolor, basi albo-tomentosus, deorsum incrassatus. Lamell. ab initio albae, maturae fuligineae. Pileus juniorum convexus, non umbilicatus. Sequenti affinis, et forsitan ejus var.

124. *tardus*, subsolitarius umbrinus majusculus pileo infundibuliformi, margine reflexo laevi, lamellis subconcoloribus aut cinerascentibus, stipite sublongo sensim attenuato. *Syn. fung. p.* 461.

Agaricus cyathiformis Bull. t. 568. et 575.

Agaricus sordidus *Dicks*, *Sowerb.* *t.* 363., *Bolt.* *t.* 59. et Ejusd. *cyathoides* tab. 145.? var.?

Sat communis sero autumno in sylvaticis ad terram, etiam in truncis muscosis. Stipes subtenax, 3 unc. longus, forma plerumque conica distinctus. Pileus biuncialis, late excavatus. Plures hujus speciei varietates existunt, quarum praecipue sequentes.

β. aithopus, minor, pileo fusco, margine involuto, stipite reticulato *Holmsk Fung. Dan.* 2. *t.* 41. *Nees Syst. f.* 292. (In Daniae sylvis).

β. aggregatus, subcespitosus griseo-cinerascens, pileo subcarnoso planiusculo umbilicato laevi, lamellis subconfertis plano-decurrentibus, stipite subtenui elastico, dein cavo.

Mense Octobr. in sylvis, rarior. Stipes 2½ unc. longus, 2 lin. crassus, substantia fibrosus. Lamel. tenues. Pileus unc. 1-2 latus subpellucidus, exsiccatus pallescit, margine subtiliter striatus.

γ. rufo-

γ. *rufo-lamellatus*, pileo umbilicato dilatato fuscescente-griseo laevi, lamell. ex griseo-rutilantibus, stipite mediocri sordide-griseo, basi albo-tomentoso. *Conf. Bull. t.* 568. *fig. S. et T.*

* *cinereus*, totus cinereus parvulus, pileo saepius oblique infundibuliformi striato, lamell. crassiusculis nitidis, stipite subtenace incrassato fuligineo.

An Ag. cyathiformis. *Bull. t.* 248. *f. c.?*

Passim aestate in sylvis. Sapor virosus. Species distincta videtur.

125. *expallens*, pileo carnoso-membranaceo umbilicato dilute cinereo expallente margine striato, lamellis subdistantibus cinereis, stipite crassiusculo subtenace pallido. *Syn. fung.* *p.* 461. *Fries Obs. Mycol.* 1. *p.* 80.

Autumni initio in pinetis, et in sylvis ad terram inter muscos. Antecedenti forte nimis affinis, cujus formam, paullo minorem, refert; ab eo quoque substantia teneriore et colore multo dilutiore differt, etiam multo praecocior est.

parilis, pileo subconvexo laevi cano, umbilico villoso, lamellis griseis, stipite subfarcto cinereo-nigrescente. *Fries l. c.* 214. *Ej.* *Syst. p.* 168.

„In pinetis; *semel*, mense Julio. Pileus leviter carnosus, fere membranaceus, late um-

bilicatus griseo-cinereus, expallens canus. Stipes aequalis, teres, firmus. *loc. cit.*

126. *dicolor*, pileo orbiculari umbilicato cinereo, dein albescente, lamellis confertis subdecurrentibus dilutioribus, stipite subcompresso, basi obscure cinereo. *Syn. fung.* *p.* 462.

Agaricus metachrous. Fries? quem non intelligo.

In Germaniae pinetis crescit. Pileus subpellucidus, 2 unc. fere latus. Lamellae parum decurrunt modo. Stipes pruina alba tectus, magnitudine mediocri, adultus compressus.

Obs. Auctores *Conspect. fung, p.* 220. duas commemorant varietates; quae vix huc pertinent, nempe *α. rimosa*, pileo colore paullo saturatiore, longitudinaliter rimoso-piloso, *β. truncigena*, duplo fere major, fascicularis alba, pileo pilis longis appressis nigricantibus rimosa, stipitibus elongatis adscendentibus fistulosis.

127. *streptopus*, exalbicante-lividus, pileo glabro, margine striatus, lamellis confertis, stipite fistuloso subcompresso subundulato torto, basi radicato-strigoso. *Fries Syst.* 1. *p.* 169. (A. hydrogrammus), excl. Synonymo?

Inter folia decidua, locis subhumidis, gregarius, vel caespitosus, in statu sicco albidus. Stipes tenax, tortus, 2-3 unc. longus. La-

mellae longe decurrentes, medio latiores. Pileus submembranaceus, profunde umbilicatus flaccidus, margine expanso, 2 unc. latus. *Fr.*

Obs. Similem etiam fungum hisce in locis vidi, cujus vero stipes non torquetur, nec pileus submembranaceus est, interea mera varietas videtur.

β. *orthopus*, magnitudine mediocri, pileo concavo, humido griseo, margine striato, sicco expallente, lamellis confertis tenuibus concoloribus, stipite sublongo radicato fuliginoso.

Stipes cavus, elasticus, una cum parte radicante 4 unc. longus. Pileus 1 ½ unc. longus latus, subundulatus, elasticus. In sylvis nascitur ad terram, vix humidam.

128. *aereus*, subcaespitosus, pileo late umbilicato fusco-aeneo, lamellis distantibus cinereis, stipite elongato, basi ab initio tumido, dein aequali, cinereo fuscoque variegato.

Supra pulverem coriarium putrescentem olim collectus a b. Thore prope Dax Gall. meridional. Ex icone brevique descriptione communicatis, stipites fungi junioris inter se basi connato et ventricosi, et superficie obsolete reticulata. De reliquo cum A. *tardo* magnitudine et habitu convenit, lamellis sat paucis locoque natali exceptis.

129. *affricatus*, gregarius, pileo subinfundibuliformi albido, squamulis pilosis cinereis, la-

mellis latis longe decurrentibus, stipiteque fistuloso tereti griseis. *Fries Syst.* 1. *p.* 169. *Ej. Obs. Mycol.* 2. *p.* 213.

In Sueciae paludibus muscosis umbrosis. Stipes uncialis, lin. 1 crassus, cinerascens. Pileus carnoso-membranaceus, albidus vel griseo-pallidus, squamulis cinereis vel nigricantibus appressis, ½ unc. circiter latus. *Fr.* — An ab antecedente, quocum habitatione convenit, specie diversus?

130. *atratus*, pileo glabro planiusculo nigro, lamellis albido-griseis, stipite fistuloso tenace glaucescente. *Fries l. c.*

Agaricus Nigrella. *Consp. fung. p.* 222. (excluso Synonymo).

Hab. in Germania et Suecia, locis graminosis, in ericetosis, locisque adustis. Stipes unc. 1 altus, glaber. Pileus subnitens, piceo-niger, interdum subviscosus, vix unc. latus. Lamell. leviter decurrunt, primo albidae.

131. *hirneolus*, canescens, pileo carnoso, membranaceo umbilicato laevi glabro, lamellis decurrentibus distinctis, stipite farcto albo pulverulento. *Fries Obs. Mycol.* 2. *p.* 211.

Agaricus ericetorum. *Schum. Saelland. p.* 229. (excl. Synonyno).

Rarius in graminosis muscosis habitat, in Dania et Suecia, Aug. — Sept. Subgregarius parvus, aequalis, 1-2 unc. longus, lin. 1 crassus, rectus aut flexuosus, subradicatus. Pileus

ab initio planus, dein depressus, margine subinflexo, siccus, ½ unc. latus, albido canus, ita ut reliquae partes. *loc. cit.*

132. *brumalis*, pileo subcarnoso infundibuliformi laevi griseo, sicco sublutescente, lamellis subdecurrentibus lutescentibus, stipite farcto aequali *Fr. Syst.* 1. *p.* 171. *Ejusd. Obs. p.* 206.

Agaricus cinerascens. *Batsch. El. fung. Cont.* 1. *p.* 126. *t.* 19. *f.* 109.?

Crescit in sylvis abiegnis, supra folia putrescentia. Stipes dein cavus, 1 ½ unc. longus, 2 lin. crassus, lividus, glaber. — Batschius de sui fungi stipite dicit, quod fibris grossioribus fuscis, inter se vage connexis, obductus sit.

133. *syringalis*, gregarius parvulus, pileo carnoso umbilicato cinereo subsericeo, lamellis griseo-rutilantibus, stipite brevi, deorsum albicante.

Sero autumno pluvioso sat frequens sub Syringis in locis cultis provenit.

Stipes 1 unc. et ultra longus, lin. 1 crassus, pileo sursum concolori. Lamellae arcuatae, mediocriter decurrunt, ab initio griseae, dein sporulis rutilantibus obtectae. Pil. unc. 1 fere latus, hemisphaericus, sub lente fibrilloso-sericeus apparet.

134. *Epichysium*, parvus tener cinereo-nigricans, pileo infundibuliformi striato, lamellis linearibus cinerascentibus, stipite subtenace,

basi villoso. *Syn. fung. p.* 463. *Ic. pict. fung.* 3. *p.* 29. *t.* 14. *f.* 1. *Fries Syst.* 1. *p.* 169.

Ad truncos Salicum, Fagorum, autumno. Pileus carnoso-membranaceus, margine striatus. Stipes incurvus ob locum, subsolidus, dein cavus.

* *icmadophilus*, tenerrimus, pileo infundibuliformi obscure cinereo, lamellis plano-decurrentibus cinereis. *Syn. l. c. Consp. fung. p.* 222. *Fries l. c.*

In Germaniae et Sueciae uliginosis, sphagnosis. Ab antecedente ut species distingui meretur, ab teneritatem et praesertim ab locum valde diversum.

135. *obliquus*, terrestris parvulus obscure cinereus, pileo glabro infundibuliformi obliquo, stipite farcto brevi subcrasso. *Icon. pict. fung. p.* 30. *t.* 3. *f.* 2.

Hab. ad terram. Rarissime olim prope Gottingam lectus. Pileus ½ unc. latus, striis vel lineis distantibus. Stipes cylindricus, ½ unc. longus, et 1 lin. crassus.

136. *cinnicarius*, gregarius pumilus subtenax, pileo glabro umbilicato fusco-griseo, lamellis angustis distinctis albicantibus, stipite breviusculo incrassato fuligineo. *Tab. XXVI. Fig.* 7.

Circa Poitou in Gallia, pluries lectus, in sylvis ad terram a D. Delastre, assiduo fun-

gorum indagatore, et secundum quem haecce species, Merulio cuidam non dissimilis, odorem fortem cimicarium, recenti in statu, exhalat. De cetero fig. picta ejus formam et colorem indicat.

137. *griseolus*, gregarius exiguus, pileo umbilicato griseo-pallente, lamellis decurrentibus subdistantibus obscurioribus, stipite brevi aequali concolore.

Agaricus griseo-pallidus. *Desmazieres Plant. Cryptogam. exsiccatae. Fasc.* 3. *nr.* 120.

Hab. ad terram in hortis, cultis, autumni initio. Juniores fere pezizaeformes, pileo margine erecto. Pileus dein plano-connexus, disco excavato, 3-4 lin. latus, glaber, exsiccando paullo rufescens. Lamell. crassiusculae.

138. *Hypnicola*, subgregarius griseus, lamellis longe decurrentibus albidioribus, stipite longo basi subpiloso.

Rarius mihi obvius in pascius humidis; aut ad sylvarum margines, cespitibus hypnorum per radiculas adhaerens. Stipes filiformis, 1-2 unc. longus. Pileus 2 lin. latus, substriatus.

139. *ericetorum*, gregarius pusillus dilute griseus, pileo umbilicato membranaceo, lamellis distantibus basi latissimis, stipite breviusculo subtenui. *Syn. fung. p.* 472. *Obs. Mycol.* 1. *p.* 50. *t.* 4. *f.* 12. *Fries Syst.* 1. *p.* 165. (exclusis varietatibus?)

Agaricus pseudoandrosaceus. *Bull.* *t.* 276. Ag. umbelliferus. *Linn.* *Suec.* *p.* 440. videtur.

Crescit in ericetis, et sylvis solo araneoso, autumno. Pusillus. Stip. unc. 1 vix longus, aequalis. Pileus striatus, 2-3 lin. latus. Lamel. distantes triquetrae.

Obs. 1. Clar. Fries plures, ut dicit, varietates descripsit a me haud visas, quae forte tanquam species considerari debent, *ex gr.* Ag. *laeteviridis.* Flor. Dan. t. 1672. f. 1. Ag. *niveus* Flor. Dan. t. 1015. f. 1. Ag. *valgus* Holmsk. Fung. Dan. p. 62. t. 34. (qui majorem affinitatem cum Ag. *virgineo* habere videtur); *radiatus*, pileo fusco-radiato-striato subsericeo; materie viridi ad sepes umbrosas innascens; — *velutinus*, pileo griseo stipiteque velutinis, lamellis dichotomis — ad terram deustam, tandem *myochrous*, obscure fuscus, (stipite?) basi strigoso-radiato (Merulius fuscus Wither.) qui mense Augusto ad truncos madidos Fagi repertur, et cum antecedente Merulium refert.

Obs. 2. His in locis varietatem sat deflectentem inveni: stipite paullo longiore tenue pubescente, lamellis albicantibus, pileo umbilicato griseo subfarinaceo, 3-4 lineari, non fragili. Magis accedit ad Ag. *pseudoandrosaceum.* Bull.

†††† Geotropus. *Pileo carnoso aut carnoso-membranaceo convexo aut plano-convexo (saepius*

umbonato), lamellis adnexis, plus minusve (-plano-) decurrentibus, stipite nudo, satis elongato. (Species plerumque terrestres).

* *Colore pilei griseo, nigrescente.*

140. *pileolarius*, subgregarius firmus magnus, pileo carnoso umbonato cinerascente vel griseo, lamellis confertis subdecurrentibus pallentibus, stipite longo cinereo-albido, deorsum incrassato. — *Bull. t.* 400.

Ag. *geotropus*, stipite crasso pleno nudo; pileo umbonato, latissimo, fuligineo cervino; lamellis curvileneis arcuatis, dilute fuligineis. *Bull. Hist. d. champ. p.* 521. *t.* 573. *f.* 2.

Agaricus nebularis. *Batsch. El. fung. f.* 193. (junior, aut minus adultus). *Syn. fung. p.* 349. *Fries Syst.* 1. *p.* 87. A. mollis *Bolt. t.* 480.

Praesertim in sylvis frondosis, passim in pinetis, et ericetis occurrit subserotine.

Stipes 3 unc. longus, $\frac{3}{4}$ unc. crassus, elasticus, fibrillosus, albicans, et ubi sub terra foliisque occultus est, saepe incurvus. Lamel. angustae, subarcuatae. Pileus 4-5 unc. latus, primo subturbinatus, dein plano-subdepressus, margine lineatus.

β. *cameratus*, submagnus alutaceo-pallens, pileo planiusculo, margine fornicato, umbone subexcentrico, lamellis distantibus arcuatis strictis, brevi-decurrentibus, stipite sublon-

go crassiusculo tereti glabro, pileo concolore.

Magnitudine, stipite paullo breviore excepto, cum priore convenit, sed colore incarnato-alutaceo, et lamellis distantibus incurvatis differt. Sapor quidem primo subdulcis, dein parum adstringens; edulis tamen, ut ille, mihi videtur. — An potius varietas *gibbi*; cfr. *Consp. fung.* *p.* 217.

γ, columnaris, magnus, pileo ex albo lutescente, demum infundibuliformi, umbone subgloboso, lamellis linearibus, inaequaliter decurrentibus, stipite longo subbulboso, deorsum villoso.

Agaricus pileolarius, *Sowerby*, *t.* 61. videtur. His in sylvis, sub finem Octobris, fungum sat speciosum inveni, circinnatim aliquando crescentem. Firmus, magnus, junior clavaeformis, margine involutus, adultus concavus, opacus, ultra 4 unc. latus. Stipes 3 unc. longus, unc. 1 fere crassus, praesertim versus basin, ibique villo denso involutus. Odore et sapore non ingratus.

141. *clavipes*, pileo carnoso subumbonato planiusculo, cinereo-livido, margine albicante, lamellis arcuatis decurrentibus albidis, stipite solido obverse clavato. *Syn. fung.* *p.* 353. *Fries l. c*, *p.* 86. *Consp. fung.* *p.* 177.

In quercetis et pinetis, inter muscos et

gramina, in Germania et Suecia, Aug. — Oct. Antecedenti affinis. Stipes pileo concolor, 2 unc. fere longus, fuligineo-lividus, basi albido-tomentosus. Lamell. parum distinctae, sat profunde decurrunt, pallescunt. Pileus 1½ unc. latus, umbone demum evanescente, subinfundibuliformis fit.

142. *glandiferus*, pileo carnoso campanulato umbonato cinereo-livido, lamellis distantibus plano-decurrentibus candidis, stipite longo albido-cinereo. *Syn. fung. p.* 352.

In pinetis in Hercynia crescit. Stipes 5 unc. longus, solidus, 3 lin. crassus, etiam albicans, inaequalis. Lamellae subcrassae, lineatim decurrunt. Pileus 1½ unc. latus, umbone magno glandiformi conspicuus.

143. *comitialis*, gregarius pileo carnoso plano-convexo stipiteque conico nigrescente-fuligineis, lamellis confertis decurrentibus niveis. *Syn. fung. p.* 352. *Fries, p.* 86.

In pratis montosis subuliginosis, solitarie, aut circinnatim vegetat. Stipes elasticus, deorsum ventricosus, glaber, 2-3 unc. longus. Lamellae plano-decurrentes, niveae, pallescunt. Pileus 2 unc. latus, disco carnosus, non depressus.

144. *fagineus*, pileo convexo-explanato obtuso subfusco, margine albicante, lamellis decurrentibus confertis albis, stipite farcto

striato, basi incrassato. *Fries Syst.* 1. *p.* 87.
Ag. Schumacheri.

Agaricus fagineus. *Schum. Saell. p.* 330. (nomen anterius). Ag. pullus. *Syn. fung. p.* 349. ?

In Sueciae et Daniae sylvis umbrosis, apprime fagineis. „In cibariis praestat. Stipes 3-4 unc. longus, albo-cinerascens, interdum squamulosus. Pileus 3-4 unc. latus, dein applanatus, margine etiam undulatus. A. *nebulari* (pileolario) valde affinis.“ *Fr.*

145. *luscinus*, pileo carnoso convexo laevi glabro livido, lamellis leviter decurrentibus pallidis, stipite solido farinoso albo. *Fries Obs. Mycol.* 2. *p.* 108. *Syst. p.* 87.

Agaricus nimbatus. *Batsch. El. fung. Cont.* 1. *p.* 49. *t.* 14. *f.* 65. ? (cujus margo pilei albus pictus est).

In pascuis montosis in Suecia, in pinetis ex Batsch. Stipes 2 unc. longus, 3 lin. crassus, subincurvus, aequalis. Pileus obtusus, laevis, subirregularis, lividus, 1-2 unc. latus. *Fr.*

146. *pustulatus*, pileo carnoso subflexuoso viscoso cinereo-livido, umbone obtuso, papillis viscosis obsito, lamellis subdecurrentibus stipiteque squamuloso candidis. *Syn. fung. p.* 354. *Fries Syst.* 1. *p.* 34.

A. *agathosmos*, pileo carnoso subconvexo papilloso cinereo, lamellis albis decurrentibus,

stipite solido albo. *Fries Obs. Mycol.* 1. *p.* 16.

In pinetis umbrosis, in Germania et Suecia. Stipes saepe incurvus, subflexuosus, solidus, 3 unc. altus, 2 lin. crassus, variat cinereo-squamulosus. Lamel. latiusculae. Pil. obtuse umbonatus, etiam subdepressus, suaveolens.

β. *brevis*, solitarius glaber, pileo subviscoso nigrescente, lamellis distantibus subdecurrentibus stipiteque brevi albis. *Syn. fung. l. c.*

Rarius in pinetis. Stipes hujus vix unc. 1 longus. Lamel. tenues. Pileus obtusus, compactus, margine albicante.

147. *tephroleucus*, pileo subcarnoso convexo-plano-squamuloso subcinereo-livido, lamellis planis subdecurrentibus niveis, stipite farcto albo nigro-squamuloso. *Syn. fung. p.* 351. *Fries Syst. p.* 34.

Agaricus discors. *Batsch. El. fung. Cont.* 2. *t.* 34. *f.* 196. quoad habitum.

Hab. in Germania et Suecia in pinetis umbrosis. Stip. 1-3 unc. longus, 2-3 lin. crassus. Lamel. lin. 1-2 latae. Pileus convexus, subumbonatus, unc. latus, substantia parum tenui.

148. *vitellicolor*, gregarius subparvus, pileo subdepresso glutinoso-olivaceo-fusco vel spa-

disco, lamellis stipiteque aequali obscure luteis.

Agaricus Vitellum. *Consp. fung. p.* 179. *t.* 10. *f.* 3.

Nitida haec species nascitur sub Pinubus in Germania, Gallia (prope Parisios rarior). Stipes 2-2½ unc. longus, 3 lin. fere crassus, laete flavus. Lamel. distinctae, 2 lin. latae. Pileus parum carnosus, 1½ unc. latus, humidus gelatinosus plano-depressus. Sapor virosus.

Obs. Hanc speciem forma non variantem inveni et ita similem, qualis in *Conspectu* descripta et figurata est, an forte Ag. *hypotheius.* Fries Syst. 1. p. 35, diversa species, vel eadem, sed in Suecia solummodo variabilis?

149. *limacinus*, pileo carnoso (non lato) convexo plano glutinoso fuligineo-olivaceo nigrescente, lamellis subdecurrentibus candidis, stipite farcto, transversim rimoso, pileo concolore, apice niveo. *Syn. fung. p.* 355. *Schaeff. fung. t.* 312. *Commen. p.* 123.

In Germaniae fagetis rarius provenit. Pil. 1½ unc. latus, compactus. Stipes subradicatus, pariter viscosus, 2-3 unc. longus.

β. viscophorus, pileo carnoso fuligineo, umbone subumbrino, glutine denso fusco obsito, lamellis subdecurrentibus niveis, sti-

pite elongato viscoso, pileo concolore, apice squamuloso albo.

Agaricus glutinosus. *Bull. t.* 539. *f. C. D. F.*

In sylvula Vincennes (prope Parisios) frequens occurrit sero autumno. Antecedente major, 2-3 unc. latus, disco subdepressus. Lamell. subtenues. Stipes subflexuosus, saepe quoque transverse squamoso-rimosus. Color fuscescente-lividus.

* *olivaceo-albus*, pileo umbonato glabro olivaceo-fusco, lamellis connexis candidis, stipite solido fusco-maculato *Fries* 1. *p.* 35. *Ejusd. Obs.* 1. *p.* 5. *A. striatus Schum. p.* 321.

In Sueciae pinetis, frequens dicitur. Stipes albidus e velo maculatus et viscidus. Pileus circa umbonem demum depressus, 1-2 unc. latus, margine substriatus. — Auctor ad suum fungum etiam allegat fig. Schaefferi; et merà varietas videtur.

150. *Cardarella*, pileo carnoso depresso laevi atro-rufo, lamellis decurrentibus candidis, stipite breviusculo subaequali. *Fries Syst.* 1. *p.* 84. *Battarra, p.* 38. *t.* 16. *G.*

„In pascuis ad littus Adriatici autumnali tempore legitur. Esculentus. Arimini *Cardarella nostrana.* Peduncul. brevis, carnosus, plenus, candidus (ex ic. ultra unc. longus, et ½ crassus). Cutis pileoli (latitudine biunciali)

crassa, facile educenda, atro-rufa, et sublucida." *Batt.*

Marzuola, compactus obesus, pileo planiusculo laevi cinereo (?), margine repando, lamellis decurrentibus, stipiteque obeso albis. *Fries l. c.* A. Marzuolus. *Michel. p.* 154. *t.* 74. *f.* 9. †

„Martio mense, in sylvis — Vallis — Umbrosae sub nive latet ac viget. Fungus alpinus esculentus, *Marzuolo* dictus, parvus et habitior, desuper obscurus, insuper et pediculus albus." *Mich.* Habitum peculiarem difformem, male explicatum, sistit.

151. *Eryngii*, subgregarius (parasiticus) pileo carnoso planiusculo demum depresso, margine reflexo pallescente-griseo, lamellis decurrentibus albis, stipite brevi tumido. — *Decand. Flor. Gall. Suppl. p.* 47.

Hypophyllus Eryngii. *Paull. Ic. t.* XXXIX. (fig. bonae). Nascitur Sept. et Oct. supra radicem vetustam emortuam Eryngii compestris. Edulis est. Pileus subelasticus, margine undulato pubescente, interdum squamuloso. Lamell. plano-decurrentes. Stipes unc. 1 longus, ½ crassus. Datur *var.*, stipite excentrico.

152. *elixus*, magnus, pileo subcompacto virgato fuligineo, lamellis decurrentibus albis glaucescentibus, stipite longo valido fibrilloso. *Fries Syst.* 1. *p.* 99. *Consp. fung. p.* 177. (A. camarophyllus).

Aga-

Agaricus elixus. *Sowerb. t.* 172. *Syn. fung. p.* 460.

In pinetis montosis subudis frequens in Suecia et Germania, in Anglia.

Stipes 3-4 unc. longus, subaequalis, cinerascens. Lamellae latiusculae, fornicatae, primo albae, dein pallescunt. Pileus subfibrilloso-striatus, disco applanatus; margine inflexus, fuligineo-nigrescens, 3-4 unc. latus.

β. *atramentosus*, major robustus, pileo atro-caeruleo, stipiteque concolore non virgatis. *Consp. l. c. p.* 178. In montosis umbrosis, ineunte Octobri, in Lusatia.

153. *commistus*, gregarius majusculus, ex albido-fuligineo lividoque subpurpurascens, pileo carnoso subdepresso laevi glabro, lamellis longe decurrentibus dilutioribus, stipite solido, basi latiore albo-villoso.

In pratis muscosis, in viridario quodam reperi autumno.

Stipes 2 unc. longus, 1 unc. fere crassus, siccus demum fuligineus. Lamel. angustae, tenues, plano-decurrunt, confertae. Pileus 1½ unc. latus glaber, margine in recentibus dilute purpurascens, tandem expallens subnitens, medio carnosus: carne compacta valde amara. Non est var. Ag. *rubescentis* vel *carnosi*.

** *Pileo rufescente.*

154. *ficoides*, firmus fulvo-rubescens, pileo convexo obtuse umbonato glabro, lamellis

crassis decurrentibus, stipite farcto brevi, deorsum attenuato. *Syn. fung. p.* 303. (A. pratensis). *Fries Syst. p.* 99.

A. *ficoides*, stipite crasso subaequali pleno nudo; pileo primum suborbiculari, mox turbinato; lamellis curvilineis latissimis, aetate perfecta abscissis. *Bull.* (*Vent.*) *Hist. d. Champ. p.* 526. *t.* 587. *f.* 1.

Agaricus miniatus. *Schaeff. t.* 313. *Sowerb. t.* 141. Agaricus fulvosus. *Bolt. t.* 56.

In pratis, et pascuis editioribus, passim in sylvis et versuris, sero autumno. Species esculenta, habitu turbinato proprio, magnitudine mediocri, sed crassa, subtus pallescens.

Obs. Sequentes, ut varietates putati fungi, forsitan distinctae species sunt.

β. *vitulinus*, pileo dilute rufo, lamellis stipiteque candidis. *Syn. fung. p.* 305. In pratis montosis in Germania.

γ. *Meisneriensis*, totus cinerascens, pileo umbonato convexo-plano, lamellis crassiusculis subplicatis, stipite substriato. *Syn. l. c.* In pratis in Hassiae monte Meisner repertus, sapore gratus.

δ. *cinereus*, pileo carnoso subnitido, lamellis distantibus plano-decurrentibus, stipite crassiusculo albicante. *Syn. l. c.* In graminosis apricis prope Gottingam lectus. Pileus exsiccatus margine nigricat. Sapor virosus. Distincta species?

155. *Amarella*, subparvus, pileo carnoso plano subumbonato gilvo seu pallide cervino glabro, lamellis confertis subgriseo - dilutioribus, stipite compacto basi albo - villoso aequali.

In graminosis; pratis, perfectioribus rarus. Stipes solidus, subtenax 2 unc. fere longus, et 2 lin. et ultra crassus. Lamell. subnitentes, nonnullae simpliciter dichotomae. Pileus 1 ½ unc. latus, firmus. Odor fortis et sapor valde amarus.

156. *nemoreus*, magnus solitarius, pileo late umbonato fulvo - subruscente, lamellis decurrentibus albis subdistantibus, stipite longissimo solido basi lanato. *Syn. fung. l. c.* vid. *Tab. XXVIII. f.* 1. *et* 2. tertia parte reducta.

In sylvis, locis umbrosis rarius provenit. Stipes 3 - 4 unc. longus, ½ crassus. Lamellae 2 - 3 lin. latae, longe decurrunt, albae. Pileus compactus, 3 unc. latus.

**** Colore pilei albido, pallente.*

157. *sapidus*, subsolitarius totus albus, pileo carnoso planiusculo laevi unicolore, lamellis plano - decurrentibus subdistinctis, stipite aequali solido subtenace.

In sylvula Vincennes, prope Parisios, collectus, Octobri. Magnitudine mediocri. Pil. 2 ad 2 ½ unc. latus. Lamell. 2 lin. latae. Stipes 2 unc. longus, 2 - 3 lin. crassus. Sa-

por fungi recentis gratus, uti Ag. *campestris*. Linn.

158. *virgineus*, gregarius parvulus albus, pallens, pileo planiusculo subpellucido, adulto margine subinflexo striato, lamellis distantibus decurrentibus, stipite incrassato elastico. *Syn. fung. p.* 456. *Jacq. Miscell. Austr.* 2. *p.* 104. *t.* 15. *f.* 1.

Agaricus ericeus. *Bull. t.* 188. *A. ericetorum. Ejusd. t.* 551. *f.* 1.

Agaricus niveus. *Schaeff. t.* 232. A. clavaeformis. *Ejusd. t.* 307.?

Agaricus transformis. *Holmsk. Fung. Dan.* 2. *p.* 61. *t.* 33.

Sat vulgaris, sero autumno pluvioso, in pratis pascuis, ericetis, passim in sylvaticis, locis magis apertis. Stipes elasticus, primo farctus, dein cavus, deorsum attenuatus. Lamellae venose conjunctae. Pileus subviscosus, tempestate humida, porum carnosus, praesertim margine, primo clavae-formis.

159. *eburneus*, gregarius candidus, pileo subcarnoso viscoso planiusculo, margine laevi, lamellis subdistantibus decurrentibus, stipite elongato, apice squamuloso. *Syn. fung. p.* 364. Bull. t. 591. *Fries Syst.* 1. *p.* 33. *Sowerb. t.* 71. (A. nitens). Agaricus cossus. *Ejusd. t.* 121.?

Agaricus lacteus. *Schaeff. t.* 39. A. virgineus Batsch. *El. fung. p.* 39. *t.* 3. *f.* 12.?

β. *pallens*, subparvus, pileo viscoso pallente, primo convexo, dein subinfundibuliformi, lamellis subdecurrentibus albis, stipite duriusculo, apice squamulis subfarinaceis tecto.

Haec species solummodo in sylvis crescit, et communis est durante autumno. Stipes longitudine variat a 2, 3 et 4 unc., 3 lin. crassus. Pileus unc. 1 latus. Sapor sat ingratus et odor fortes in A. *casso* Sowerb.

Pileus in β. subpellucidus, 1 ½ unc. latus. Stipes 1 ½ unc. longus, lin. 1 - 2 crassus.

160. *dolosus*, subgregarius pileo subcarnoso plano-depresso opaco rufo badio, lamellis distinctis subdecurrentibus stipiteque aequali candidis.

Passim provenit ad sylvarum margines, locis graminosis, muscosis, substerilibus. Russulam primo obtutu refert.

Stipes 2 unc. longus, 4 lin. crassus, solidus, apice subsquamulosus. Lamell. parum latae et crassae, praesertim in bene adultis. Pileus 2 unc. ad 2 ½ latus. Sapor subadstringens, vel urens.

Obs. Aliquam affinitatem habet cum A. *eburneo*, sed humectatus parum viscosus apparet, pilei superficies spurie filamentosa est.

161. *gummosus*, gregarius, pileo subtenui convexo viscoso albo, lamellis plano-decurrentibus venoso-connexis pallide lutescentibus,

stipite longo tenui elastico, apice flocculoso, albo.

In sylvis umbrosis, sub finem autumni. Stipes flexuosus, deorsum sensim attenuatus, farctus, interne fibrosus, nitens, 3 unc. longus, sed tenuis, 2 unc. crassus. Lamell. nitentes, ex albido lutescunt, prope stipitem latiores, distinctae. Pileus ultra 2 unc. latus, parum modo carnosus, praesertim in ambitu, fere insipidus est, et odore non ingratus. Ex his allatis diversitas ab A. *eburneo* satis liquet.

162. *subopacus*, solitarius submagnus, pileo subcarnoso convexo-plano lateque sed obsolete umbonato, albo, lamellis plano-decurrentibus ex albido pallidis subnitentibus, stipite duriusculo farcto basi incurvo ibique villoso.

Agaricus opacus. *Sowerb. t.* 142.

Crescit in Anglia et Gallia (prope Parisios in sylvula Vincennes) inter folia sicca quercina, cum quibus stipes dense adhaeret tegmine villoso.

Stipes 2½ unc. longus, 3-4 lin. crassus, superficie subfibrillosus, dein cavus. Lamel. tenues plano-etiam subarcuatim decurrunt. Pileus carne, sed subtenui, compactus, 3 unc. latus, opacus, odor sat fortis, sed sapore acidulo, etiam Ag. *campestris* haud ingratus, quare haec species esculenta videtur.

Obs. Crescendi modus, color uti et forma, umbone excepto, paulloque major, uti

in Agarico *phyllophilo* et juxta eum locandus, sed propter pileum non umbilicatum, vel depressum in dispositione systematica, saepe artificiali, alius locus illi dari debebat.

163. *discoideus*, subcaespitosus, pileo plano depresso glutinoso, disco rufescente-ferrugineo, lamellis confertis decurrentibus albis, stipite subsolido subfarinaceo albo. *Syn. fung. p.* 365. *Fries p.* 33. (excl. Syn. Battar. t. 13. f. F.)

Multo rarior occurrit in sylvis Germaniae et Sueciae. Stipes vix 2 unc. longus, 2-3 lin. crassus, etiam sursum squamulis farinaceis obtectus, intus parum rufescit. Lamellae angustae, lin. 1 latae, subrufescentes. Pileus 2 ½ unc. latus, disco depressus et ibi colore rufo-cinnamomeo conspicuus, margine albicans. Substantia subcompacta, masticando mucilaginosa. Odor subvirosus.

Obs. Huc pertinere videtur Ag. discoxanthus. *Fries Obs. Mycol.* 1. *p.* 15. nec non *Battarr. t.* 21, *f. F.*

164. *rubescens*, pileo carnoso planiusculo margine tomentoso revoluto, disco rubescente, lamellis distantibus subdecurrentibus, stipite sursum incrassato squamuloso, pileo concolore. *Syn. fung. p.* 366. *Fries Syst. p.* 32. (A. erubescens).

In fagetis et sylvaticis graminosis, Sept. Oct. Stip. 2 unc. et ultra longus. Pileus 3 unc.

latus, margine involutus, et ibi tomentosus. Stipes subviscidus, 2-3 unc. longus.

β. *carnosus*, gregarius flexuosus, pileo carnoso albo, maculis sanguineis variegato, margine tenui tomentoso, stipite solido flexuoso albo-rubellove vario.

Agaricus carnosus. *Curtis Londin. t.* 71. *Sowerb. t.* 246. — A. sanguinalis. *Batsch. t.* 36. *f.* 201.?

Hab. in Anglia et Gallia.

Substantia totius fungi dura, interne rubescens. Pileus 2-3 unc. latus, 3 lin. crassus. Lamell. parum decurrunt, margine rubro-maculatae. Stipes 2-3 unc. longus, 3-4 lin. crassus, deorsum attenuatus. Sapor ingratus, amarus.

γ. *haematodes*, gregarius carnosus compactus, pileo plano, margine subinvoluto, sanguineo, squamulis liturisque minutis distincto, lamellis confertis albis, demum colore subsanguineo suffusis, stipite solido rubro, punctis liturisque vario.

In sylva Bondy, prope Parisios, peculiaris haec varietas? reperta est. Pileus 3-4 unc. latus, substantia crassa, firma, candida. Lamellae angustae, adscendunt. Stipes 2-3 unc. longus, ½ crassus, in specimine lecto utrinque attenuatus. Sapor acescit, etiam substipticus.

165. *ligatus*, gregarins albus, pileo laevi sub-

sicco, margine inflexo appendiculato, lamellis strictis, stipite farcto longo fibrilloso. *Fries Syst.* 1. *p.* 32.

In Sueciae sylvis abiegnis muscosis, umbrosis. Aug. — Septembr. Stipes 3 unc. longus, 1½ unc. crassus, basi attenuatus villosus. Pileus 1-2 unc. latus, floccis in velum continuum annulatum contextis. Sapor mitis. Variat maculis rubellis. *l. c.*

166. *purpurascens*, subcaespitosus, pileo carnoso convexo-plano squamuloso, margine initio involuto tomentoso, lamellis subdecurrentibus albis, stipite mediocri squamuloso, pileo concolore. *Consp. fung.* *p.* 182-183.

„Occurrit species pulchra, in Lusatiae sylvaticis abietinis muscosis, et in aliquot locis greges ingentes efformans. Stipes aequalis, 2 unc. fere longus, 4-6 lin. crassus, albus, squamis purpureis variegatus, macula annulari ejusdem coloris infra lamellas saepe pictus. Lamellae distantes, albae, demum quoque, imprimis margine, purpurascent. Pileus 2-3 unc. latus, squamulis, (interdum in strias subdispositis) purpureis pictus, margine candidus.“ *Consp.*

167. *chrysodon*, subcaespitosus, pileo carnoso convexo-plano albido, margine tomentoso flavescente, lamellis albis crispis, stipite subsolido squamuloso flavescente. *Syn. fung.*

p. 365. *Batsch. El. fung. Cont.* 2. *p.* 79. *t.* 38. *fig.* 212. *Fries, p.* 32.

Habit. in Germania, Suecia et Gallia in fagetis quercetis etc. Septembr. — Octobr.

Stipes etiam apice infra lamellas villo annulari distinctus. Stipes 2 unc. longus, ½ crassus. Lamellae albae, etiam incarnatae et margine flavo-floccosae sunt. Pileus demum subdepressus, 1½ unc. latus, margine involuto, flavo-villoso. — Var. floccis albis *β. leucodon* Consp.

168. *pudorinus*, pileo laevi incarnato, margine nudo, stipite solido punctato-scabro, apice subcoarctato. *Fries l. c. p.* 33.

Crescit in sylvis abietinis montosis, Julio-Augusto. Stipes 2-4 unc. longus, ½ crassus, glaber, albidus. Lamellae distantes. Pileus convexus, viscosus, demum depressus, 2-4 unc. latus. *Fr.*

169. *platycephalus*, magnus candidus, pileo applanato laevi, lamellis raris decurrentibus, stipite glabro farcto, dein cavo, aequali.

Monomyces platycephalus. *Battar. p.* 43. *t.* 19. *f. H.*

Circa Covignanum in Italia autumno lectus. Pileus, cum lamellis, conum inversum aemulatur. Batt. 4-6 unc. latus, nec sulcatus, neque viscosus. Lamellae longe decurrunt, distantes. — Hicce fungus formam quidem communem habet, tamen distinctum puto a

nonnullis habitu consimilibus, *ex. gr.* Ag. *ericeo, virgineo* etc.

170. *opacus*, gregarius subcaespitosus opaco-albus, pileo carnoso umbonato, demum depresso, lamellis confertis brevi-decurrentibus, stipite sublongo flexuoso, deorsum subincrassato, solido. — *Sowerb. t.* 142.

Supra et inter folia sicca, in Anglia ex auctore communis. Sat magnus, habitu Ag. *phyllophilum* adaequat, adspectu parum difformis est. Pileus 3 unc. latus, repandus, obtuse umbonatus. Lamellae fere horizontales, sed in pileo depresso longe decurrentes apparent. Stipes 3 unc. fere longus, ultra 4 lin. crassus, parum curvatus. *Ex ic.*

171. *fragrans*, subgregarius parvulus pallescens, pileo subhumido convexo, dein depresso, lamellis subdecurrentibus angustis, stipite sublongo aequali. Tab. XXVII. Fig. 5. *Sowerb. t.* 10. *Fries Syst. p.* 171.

In sylvaticis locis apertis graminoso-muscosis, sero autumno. Odore *Anthoxanthi*. Pileus communiter unc. 1 latus, rarius umbilicatus, colore etiam albicans. Stipes in meo fungo farctus, dein parum cavus.

172. *amarus*, compactus candidus, pileo planiusculo rimoso-viruloso, disco rufo, lamellis decurrentibus, stipite solido subtomentoso. *Fries Syst.* 1. *p.* 87. A. virulosus, β. *Consp. fung. p.* 185. ex Fr.

In sylvaticis mixtis subhumidis, autumno in Lusatia, et Smolandia. Pileus 3 unc. fere latus, modice convexus, dein planiusculus, subtiliter concentrice squamuloso - rivulosus, margine primum involutus. Lamellae congestae, angustae plano subdecurrentes. Stipes ½ unc. longus, ¼ lin. crassus, teres, solidus obsolete tomentosus. *Consp. l. c.*

Obs. Non confundendus, uti videtur cum Agarico *leucocephalo* Bull., vulgari, qui etiam valde amarus est, sed cujus pil. et stipes glabri sunt.

173. *rivulosus*, compactus, pileo carnoso convexo plano ex albido rufescente, exsiccando rimoso - rivuloso, lamellis subdecurrentibus albo - pallescentibus, stipite subtomentoso albido. *Syn. fung. p.* 369.

In pinetis Hercynicis. Stipes unc. 1 longus, 3 lin. crassus. Lamellae 1 ½ lin. latae. Pileus 2 ½ latus, glaber, pallescit, insipidus.

174. *anisatus*, gregarius pileo carnoso planiusculo laevi - glauco (passim virescente) lamellis confertis subdecurrentibus albidis, stipite solido subflexuoso pileo concolore. *Obs. Mycol.* 1. *p.* 323. A. odorus. *Syn. fung. p.* 323.

Agaricus odorus. *Bull. t.* 176. *et t.* 556. *f.* 3. *Sowerb. t.* 42. *Flor. Dan. t.* 1611.

In sylvis frondosis, autumni initio sat frequens inter folia decidua. Stipes basi incur-

vus, villo denso cum terra foliisque adnatus, apice parum tomentosus, nonnunquam ventricosus invenitur. Pileus disco subdepressus, variat umbonatus, umbilicatus, et tempestate sicca colore, praesertim in lamellis albido, odor interea anisatus mox speciem indicat.

175. *suaveolens*, fragrans albus, pileo convexo laevi, lamellis leviter decurrentibus confertis, stipite subfarcto, basi incrassato villoso. *Fries Syst.* 1. p. 91. *Schumach. Saell.* p. 337. †

In muscosis passim in Suecia et Dania. „Color etiam humidi fungi albus. Stipes dein cavus, 1 ½ unc. longus, 3 lin. crassus.

175. b. *candicans*, subparvus, pileo laevi convexo, dein umbilicato, lamellis adnatis, dein decurrentibus stipite elastico cavo, basi villoso. *Syn. fung.* 457. *Fries* p. 91.

Agaricus umbilicatus. *Bolt.* t. 17. A. cyathiformis. *Bull.* t. 575. *f. E.?* (Stipes longior).

Autumni initio in sylvis frondosis. Ad minores pertinet. Stipes subundulatus, basi cohaerens, 1 ½ - 2 unc. longus. Lamellae confertae decurrunt, non venis connexae.

β.? *tritus*, totus albus magnitudine media, pileo subumbilicato nitente - polito, lamellis plano - subdecurrentibus, stipite rigido subbrevi.

Passim in sylvaticis. Stipes unc. 1 ½ lon-

gus, 2-3 lin. latus. Lamell. angustae, tenues. Pileus unc. 1 ½ latus, margine connexus, substantia rigida, fere cartilaginea; sapor ut in Ag. *campestri*, sed fortior.

176. *subcaesius*, parvulus, pileo subcarnoso, plano opaco albido-caesio, lamellis albidis decurrentibus, stipite albicante-subfuligineo.

In sylvis passim. Pileus 4 lin. latus. Stipes unc. 1 longus, vix lin. crassus.

177. *purpuropus*, parvulus, pileo subcarnoso planiusculo albido, disco subfuliginoso, lamellis crassiusculis dentato-connexis subdecurrentibus, stipite tenui albo-rufescente, sicco purpurascente-vinoso.

Rarius in sylvis. Stipes 1-2 unc. longus, vix lin. crassus, apice albicans. Lamellae angustae ½ lin. latae. Pileus ½ unc. latus, inodorus.

178. *grossulus*, pumilus, pileo subcarnoso, disco camerato, albicante, lamellis distantibus crassiusculis decurrentibus, stipite subbrevi tenui, sursum latiore. *Tab. XXVI. f.* 2.

Prope Parisios rarius occurrit. Pileus plus minusve ½ unc. latus, margine subundulatus, natura sicca. Lamellae crassae. Stipes albidus, exsiccando subfuligineus. Habitum quemdam rudem prae se fert.

179. *buccinalis*, parvus gregarius candidus, pileo convexo glabro, lamellis distantibus de-

currentibus stipite sublongo farcto? basi fibrillis radiatis distincto. — *Sowerby t.* 107. *f.* 1. (exclus. synonymo).

Agaricus stellatus. *Fries Syst.* 1. *p.* 85. *Ejusd. Obs. Mycol.* 1. *p.* 85. varietas?

In Anglia non raro ad caules herbarum inter muscos, locis umbrosis, in Suecia ad truncos vetustos putrescentes. Stipes pro parvitate pilei longus, cavus pictus in fig. Sowerb., farctus ex Fr., subincurvus, membranulae convexae radiatae innato Fr. Pileus striatus (ex Sow. omnino laevis, nempe carnosulus videtur), 3-4 lin. latus, et lamell. tenues in fungillo suecico.

180. *scyphoides*, candidus, pileo inaequali sericeo, lamellis subplicaeformibus, stipite villoso. *Fries, loc. cit.*

β. buccinalis, caesio-albus tener, pileo membranaceo foveato, laminis in stipitem brevem flexuosum decurrentibus. *Batsch. El. fung.* 2. *p.* 86. *t.* 39. *f.* 214.

Ad terram locis humosis graminosis. Pileus subrepandus, villoso-sericeus, subinde totus infundibuliformis, 2-4 lin. latus. Lamel. confertae, angustae. Fr. In fungo Jenae lecto (qui Ag. *virgineo* valde affinis videtur) pileus est membranaceus, margine inaequali, fere excentricus, adultus striatus. Stipes flexuosus et interne filiformi canali pertusus. La-

mell. laxe dispositae, longiores falcatae, et in stipitem decurrunt. *B.*

181. *undulatus*, solitarius parvus, pileo tenui applanato ut plurimum zonato, lamellis angustis confertis subdecurrentibus, primo niveis, demum fuligineo-pallentibus, stipite fistuloso subaequali superficie undulato concolore.

A. *undulatus*, exiguus tenellus, stipite fistuloso nudo undulato, pileo complanato zonato, lamellis angustis subcurvilineis. *Bull. Hist. d. Champ. p.* 462. *t.* 535. *f.* 2.

In sylvarum locis herbosis. Hab. autumno. Terrestris solitarius. Stipes albus, seu fuligineo-stramineus, lin. 1 fere aequans, unc. 1½ altus. Pileus primum subturbinatus, albus aut cinereus, apice stramineus, nunc laevis, nunc ramentaceus (convexus) demum complanatus; caro crassiuscula. Lamellae subcurvilineae, basi declives. *Bull.*

182. *phacellus*, parvus fasciculatus albicans, pileo subcarnoso convexo-plano laevi, lamellis confertis subdecurrentibus, stipite longo tenui dein subfuliginoso.

Hab. ad terram inter quisquilias, cum quibus stipites et inter se cohaerent, fasciculum efficientes visu satis gratum. Pileus 3 lin. fere latus, tenuis orbicularis, glaber. Lamel. confertae, planiusculae et breviter decurrentes. Stipes pro fungilli parvitate longus 1½-2 unc., sed

sed tenuis, fere filiformis, subflexuosus glaber, exsiccando subrufescente-fuligineus, et fere corneus evadit.

183. *hygrophilus*, subgregarius exiguus candidus pileo planiusculo carnosulo, lamellis subdistantibus decurrentibus, apice divisis, stipite subbrevi aequali.

Pusillum hunc fungum inveni sub finem Junii in sylvula (Meudon prope Parisios) locis humidis subuliginosis, in ramulis etc. crescens, quoad habitum non male simulat Ag. buccinalem Sowerb., sed multo minor est et lamellis differt. Stipes ½ unc. fere longus, sat firmus, ½ lin. fere crassus, glaber totus albus. Pileus 2 ad 3 lin. latus. Lamellae strictae, nec rugas sistunt, qua nota et stipitis colore et substantia differt ab Ag. *epiphyllo*.

††††† Gymnopus. *Pileo carnoso vel carnoso-membranaceo margine laevi, plerumque convexo rarius depresso. Lamellis exsuccis, marcescentibus, liberis vel stipiti toto aut ad partem adnexis* (non decurrentibus), *sporulis albis aut lutescentibus* non rubicundis, *demum coloratis. Stipite nudo.*

* *Colore pilei albo.*

184. *leucocephalus*, gregarius, pileo carnoso convexo subdepressoque (tunc subrepando), glabro albo vel pallide lutescente, lamellis distinctis emarginato-adnexis latiusculis,

stipiteque duriusculo albis. — *Bull. Hist. d. Champ.* 2. *p.* 597. *t.* 536. *et t.* 428. *f.* 1.

Vulgaris, praesertim circa Parisios, in sylvis frondosis. Stipes aequalis crassitudine, sed subflexuosus, 2 - 3 unc. longus, ½ unc. fere crassus, glaber. Lamel. subventricosae, interdum sublineatim decurrentes. Pileus compactus, 2 ½ unc. latus. Sapor constans valde amarus, quo mox a consimilibus distinguitur speciebus.

Obs. Pileus plerumque, fungo adulto, inaequalis, subflexuosus, aliquando invenitur valde aequalis, imo subumbonatus ut aliam speciem crederes. Haec species, quae sine dubio in pluribus regionibus occurrit, forsitan cum aliis confusa, aut sub diverso nomine descripta. Interea huc pertinere videtur Ag. *albus.* Bolton. Fung. Append. t. 155., Ag. *nitens.* Schaeff. t. 238.?, sed de quo pileus *viscidus* dicitur, quod in nostrum non quadrat, et forsitan Ag. *cerussatus.* Flor. Dan.

185. *albus*, totus albus glaber, plerumque solitarius, pileo carnoso convexo, lamellis confertis emarginato-adnexis, stipite subcrasso breviusculo solido. *Syn. fung. p.* 363. (Excl. Synon. Batschii). *Consp. fung. p.* 181.

Cresc. in quercetis et ericetis, sed minus communis. Stipes glaber, compactus, 2 unc. longus, ½ crassus. Lamellae distinctae, inter-

dum serrulatae. Pileus margine subinvolutus, 2-3 unc. latus, sapore subvirosus.

186. *amarulentus*, pileo carnoso late umbonato albido, lamellis confertis subrufis, stipite crasso ventricoso subrufo-villoso.

Pieromyces albidus. *Battarr. p.* 47. *t.* 15. *f. D.*

Autumno in Italiae sylvis prostat. Secundum auctorem radix est expansa, membranaceo-lacera. Stipes rigidus, primo farctus, dein cavus, unc. 1 crassus, 2 fere longus. Pileus 2 unc. latus, mammosus, sapore amaricans.

187. *maculatus*, subcespitosus candidus rufescente-maculatus, pileo compacto laevi, lamellis emarginatis, stipite longo glabro. *Fries Syst.* 1. *p.* 45. *Consp. fung. p.* 186.

Huc usque in Lusatiae pinetis, locis humidis muscosis, praesertim paludosis inventus. Ad majores pertinet, pileus enim aliquando est semipedalis, plerumque 3-4 unc. latus; ab initio hemisphaerico-convexus: margine involuto et subtomentoso, demum applanatur. Stipes substriatus, 3-4 unc. longus, ½ crassus, fere aequalis in fungo maturo excavatus.

188. *dilatatus*, cespitosus subviscosus albus, pileo carnoso convexo-planato, margine repando, primo involuto, incisoque lobato difformi, lamellis confertis adnatis, stipite brevi crasso albo-tomentoso.

Agaricus difformis. *Schum. Saelland. p.* 336.

In Daniae pinetis non infrequens et interdum in series densas crescit. Pileus 3-5 unc. latus. Lamel. lineares, subdecurrentes. Stipes 2-3 unc. longus, 1½ crassus, basi est subbulbosus, apice dilatatus.

189. *ponderosus*. solitarius magnus totus albus, pileo carnoso, demum applanato margine subsinuato glabro, lamellis confertis latis dentatim affixis, stipite valido sublongo glabro.

Hab. in sylvis frondosis arenosis et ericetis (circa Parisios non rarus, etiam in Germania a me visus). Stipes farctus, demum pro more subcavus, saepe curvatus, 3 unc. longus, 1 fere crassus. Lamel. distante-affixae, subventricosae, fragiles. Pileus latitudine palmari, sericeo quasi nitet, sed non velutinus, substantia compacta, sapore primo submitis, dein virosus, odore vero non ingratus.

190. *cretaceus*, cespitosus albus, pileo carnoso-convexo-plano, lamellis subconfertis adnexis, stipite farcto subtomentoso. *Syn. fung. p.* 369.

In pinetis hercynicis rarius nascitur. Stipes subcompressus, basi curvatus, cum vicino connatus, 2-3 unc. longus. Lamellae tenues, angustae, aquose albae. Pileus semiuncialis.

191. *lignatilis*, caespitosus, pileo carnoso planiusculo livescente-albo; lamellis confertis adnexis, stipite farcto subtomentoso. *Syn. p.* 368.

Rarius prostat in truncis lignisque putrescentibus. Stipes subradicatus, 1-2 unc. longus, 2 lin. crassus, centralis? Lamell. candidae, dein turbidae, tenues, lineares. Pileus 1½-2 unc. latus, graveolens.

Obs. Nonne Ag. *lignatilis*, pileo irregulari subexcentrico villosulo albido, stipite flexuoso, basi villosa. *Fries Syst.* 1. *p.* 94. a nostro diversus, an potius ad aliam divisionem attinet?

β.? *lachnopus*, irregularis tenax, pil. repando cinereo, lamel. subvenosis candidis, stipite brevi subcavo villoso. *Fries Obs. Myc.* 1. *p.* 18.

In truncis putridis, locis umbrosis. Lamel. saepe furcatae. Pileus subnudus.

192. *ramosus*, niveus, pileo carnoso, dein complanato, lamellis confertis falcatis, stipite longo farcto ramoso. *Bull. Hist. p.* 591. *t.* 102.

In sylvis, cryptis et caldariis invenitur. Plura individua ex eadem basi radicosa prodeunt. Stipes modice crassus, subaequalis, ad 6 uncias altus. Pileus laevis, subnitens, passim depressus, 2-3 unc. latus. *Bull.*

193. *candelaris*, subterraneus caespitosus totus

albus, pileo hemisphaerico glabro, lamellis distantibus latis, stipitibus longissimis farctis attenuatis.

Agaricus longipes. *Scop. fung. subterran. p.* 108 - 109. *t.* 32 - 34.

In cuniculis Cupri-fodinae Schemnizii repertus. Modo stipites plures ex una basi, modo vero unicus est; sed tunc in ramos divisus; nonnulli subventricosi, nec omnes pileati sunt. Totus fungus, dum siccus est, ardet candelae adinstar, flamma alba. *Scop.*

* *clavatus*, caespitosus albus durus glaber, pileo ovali cum stipite cohaerente. *Scopoli l. c. p.* 110. *t.* 36.

Stipes divergens, planus, nudus, aequalis. Pileus obtusus, laevis. *Scop.* Fungus nondum evolutus videtur, uti sequens, et cujus color non indicatus est.

* *coralloides*, ex una basi plures exeunt stipites ramosi, quorum longiores convexo et parvo pileo terminati sunt. *Scop. l. c. p.* 109.

Cum priore. Praeter stipites, prodeunt etiam ex eadem basi corpora laciniata, numerosa, quae sunt imperfecta aliorum caulium rudimenta. Pileus convexus, laevis. Lamell. parvae, rarae, decurrentes. *loc. cit.*

194. *sambucinus*, olidus, pileo carnoso obtuso sericeo laevi stipiteque solido, obeso, albis, lamellis adnexis albido-brunnescentibus. *Fries*

Syst. 1. *p.* 256. A. candidus. *Ejusdem Obs.* 1. *p.* 8.

β.? *obesus*, pileo flexuoso pallescente. *Syn. fung. p.* 350. (ex D. Fries).

In sylvis arenosis. Stipes aequalis, seu basi incrassatus, striatus, apice subpulverulentus, 1-2 unc. longus, ½ crassus. Lamel. latiusculae. Pileus saepius repandus, ultra 2 unc. latus. *l. c.*

195. *cerussatus*, inodorus albus, pileo carnoso laevi, lamellis adnatis confertis, stipite solido, basi tomentoso. *Fries l. c. p.* 92. *Flor. Dan. t.* 1796.

In sylvis umbrosis, praesertim acerosis muscosis, in Suecia et Dania. Stipes basi incrassatus, radiculisque fibrillosis donatus, 2-3 unc. longus. Lamellae parum decurrunt. Pil. primo subconvexus, mox planus, 2-3 unc. latus. — An diversus ab A. *leucocephalo B.?* De sapore nil dicitur.

189. *dealbatus*, (*varians*), inodorus albidus, pileo tenui laevi subinaequali, lamellis adnatis confertis, stipite farcto aequali glabro. *Fries l. c.*

β. *aggeralis*, pileo subexcentrico, stipite elongato tenui pallido. *loc. cit.*

In pratis, arvis, versuris vulgaris dicitur. Forma varius, uti et colore etiam fuscescente et incarnato. Pileus leviter carnosus, saepe

depressus, 1–2 unc. latus. Lamel. angustae. Stipes brevis, tenax, ac tenuis. Fr.

γ.? *ruderalis*, gregarius et caespitosus, pileo (ob mutuam compressionem) undulato difformi, subzonato, stipite brevi subcrasso, saepius excentrico.

Locis ruderatis et in aggeribus inter lapides hunc fungum inveni, qui magnitudine mediocri est, et fragilis saporeque amaro distinctus. An distincta species?

δ. *agrestis*, parvus, pileo repando lobato umbonato, stipite brevi tenui. *Sowerb. t.* 123. *Greville Flor. Edinens p.* 376. A. dealbatus.

In Angliae pratis, campis, vulgaris autumno. Pileus aliquando depressus, 1 $\frac{1}{2}$ unc. latus. Lamel. angustae, irregulares.

197. *sepincola*, subparvus albicans opacus, pileo carnoso subdepresso glabro, margine laevi, lamellis adnexis parum decurrentibus, stipite rigido subfibrilloso.

Ad sepes, in dumetis umbrosis subhumidis repertus. Stipes subtenax, farctus, dein cavus, apice minutim squamulosus, 1 $\frac{1}{2}$ unc. longus, 2 lin. crassus. Pileus, jam ab initio, plus minusve depressus, adultus subrepandus, passim rubro-tinctus. Sapore est ingratus, sed odore farinaceo. Lamel. non sunt incarnatae.

Obs. Antecedenti, mihi hucusque ignoto,

forte nimis affinis, sed pileo non equidem difformi, et stipite non glabro discrepat.

198. *peltideus*, gregarius et subcaespitosus totus candidus parvulus, pileo orbiculari, primo convexo, dein subumbilicato laevi, lamellis confertis adnexis paulisper decurrentibus, stipite solido aequali, basi villoso.

Inveni hunc fungillum sub finem Octobris in pratis submuscosis in viridario quodam. Stipes (nonnulli basi cohaerentes) 1 ½ unc. longus, lin. 1 - 1 ½ crassus, firmus. Pileus subcarnosus junior clypeiformis, regularis, adultus subdepressus, ultra unc. latus, opacus. Sapor virosus, subacris.

199. *vatricosus*, pileo subcarnoso convexo-plano laevi albido, lamellis adnexis albido-fuscescentibus, stipite fistuloso contorto albo-pulverulento. *Fries Syst. p.* 259.

In Sueciae pinetis humidis. Stipes uncialis, basi villosus, lin. 1 crassus. Lamel. latae. Pileus subumbonatus, ½ unc. latus. *Fr.*

200. *argillaceus*, parvulus, pileo conico umbonato albo subnitente, lamellis primo concoloribus, demum argillaceis, stipite breviusculo, solido subtenui. *Syn. fung. p.* 372. *Ic. pict. t.* 14. *f.* 2.

Agaricus inodorus. *Bull. t.* 524. *f.* 2.

A. geophyllus (geophilus) var. α. *Fries l. c. p.* 258. A. albus *Schum. p.* 309.

Non raro est in sylvis, ad terram nudam,

praesertim humentem. Stipes subflexuosus, parum pulverulentus, 1-2 unc. longus, lin. 1 crassus. Lamel. toto-adnexae, decolorantes, sub lente punctatae. Pileus superficie striato-sericeus. Cortina fugax a nonnullis observatur.

Obs. Cum Ag. *geophilo* magnam quidem habet affinitatem, quocum nonnunquam promiscue, majori tamen in copia, crescit, sed colore semper differt. Sapor virosus.

Obs. Huic adjicitur ut *var.* Ag. *candidus*: Batsch. t. 20. f. 106. stipite crassiore subbulloso decumbente, a D. Fries Syst. 1. p. 259.

sen. *hololeucus*, gregarius albidus, pileo subcarnoso acute umbonato subsericeo, lamellis confertis subuncinatis niveis, stipite sublongo aequali.

Passim occurrit in sylvis. Stipes subflexuosus, 2 unc longus, 2-3 lin. crassus. Lamellae immutabiles, toto adnatae. Pileus campanulato-conicus, subinde rimosus, demum pallescens, 1-1½ unc. latus, fragilis, amaricans.

Obs. Conf. A. *lucifugus* Fries p. 258. et hujus *var.* colore albido. Nostra species cum antecedente, sed magis cum A. *rimoso*, affinitate conjuncta est.

* *epichizus*, parvulus albidus, pileo hemisphaerico subumbonato glabro, lamellis concoloribus?, stipite tenui aequali.

Fungus pratensis parvus albidus, radici-

bus Graminis Dactyloideis, spicis villosis innascens. *Mich. Gen. pl. p. 146. nr. 25. tab. 74. f. 3.*

Crescit autumno, circa Florentiam, in pratis et pascuis ad radices vetustas? graminum, quam ob rem adnotandus meretur. Forsitan mera est *var.* albida Ag. *caryophillei.*

202. *bulbopilis*, parvus solitarius albus, pileo subcampanulato glutinoso, margine lutescente, lamellis confertis, stipite pleno attenuato ovato-bulboso; bulbo pilis longis obsito. *Raddi in Actis Societat. Italianae. Moden. 1806. Vol. 13. t. 4. f. 12.*

Inventus mense Decembri in Horto medicinali Florentino. Pileus ½ unc. latus. Stipes 1½ unc. longus, sub pileo vix lin. 1 crassus, sed basi ad 3 lin. tumidus.

203. *cucullatus*, subgregarius parvulus candidus, pileo campanulato laevi, lamellis arcuatis, stipite longo deorum incrassato piloso: pilis erectis. *Syn. fung. p. 373.*

β.? Flor. Dan. t. 1670. f. 1. Schum. Saell. p. 269. Pileo albido-cinereo, stipite concolore pilis reflexis vestito. *S.*

In muscosis repertus in Germania. Stipes cavus, 2 unc. longus. Pileus 3-4 lin. latus et altus. *β.* in Daniae pinetis, muscosis humidis.

204. *mitratus*, gregarius albicans, pileo cucullato obtuso laevi, exsiccando plicato fus-

cescente, lamellis adnatis adscendentibus: majoribus latioribus, stipite albido glabro, basi dense villoso.

Inveni, sero autumno, in viridario quodam ad strobilum pini dejectum, rarius ad ejus ramulos. Forma haud ingrata donatus. Stipes non radicatus, unc. 1 longus. Lamel. distantes, uncinato-adnexae. Pileus fere earnis, 3-4 lin. latus et altus.

205. *ramealis*, gregarius pumilus, pileo carnoso-membranaceo orbiculari albido, exsiccando ruguloso albido subrufescente, lamellis angustis adnatis, stipite brevi farcto pulveraceo-squamuloso, *Syn. fung. p.* 375. *Bull. t.* 336.

Agaricus candidus. *Bolt. t.* 39. (mediocris).

Hab. pulchella species in ramulis aridis quercinis, praesertim vero rubeis; in Suecia quoque ex D. Fries, in ramis Pini et Juniperi. Stipes rufescens, opacus, etiam albidus, firmus, basi, praesertim si in ramulis Rubi fruticosi crescit, torulo farinaceo cinctus, hinc sequentem fungum non valde diversum, et forsitan eundem puto.

* *platypus*, cinereo-albus, pileo hemisphaerico laevi, lamellis crebris adnexis, stipite brevi, basi fibrosa verrucosa. *Nees ab Esenb. Syst. fung.* 2. *p.* 51. *t.* 23. *f.* 188. *Fries l. c. p.* 154. *Mart. Flor. Erlang. p.* 430. (In ramulis).

* *mollipes*, gregarius parvulus, pileo submembranaceo hemisphaerico albido, lamellis veris latiusculis, stipite tomentoso, basi orbiculari villosa, ramis adnato.

Quondam Turino a cl. Balbis missus. In omnibus A. *rameali* similis, excepto stipite, cujus basis fere tuberosa est, colore grisea. Denuo indagandus.

206. *cirratus*, gregarius, pileo subpapillato plano albido, disco rufescente, lamellis confertis albidis, stipite subelongato tenui rufescente fibrilloso. *Obs. Mycol.* 2. *p.* 94. *Syn. fung. p.* 374. *A. tuberosus*, β.

Inter folia arida, rarius in Agaricis exsiccatis, et absque *Sclerotio* crescit. Stipes, basi et ad latera, fibrillas longas sparsas emittit. Lamellae angustae, subdecurrunt. Pileus 2-3 lin. latus.

β. *phaeothelus*, parvus gregarius albidus, pileo subconvexo: umbone papillaeformi rufescente, lamellis confertis albidis, stipite brevi subfibrilloso ex albido pallente.

Rarius ad latera truncorum, etiam inter folia crescit. Stipes unc. 1 altus. Lamel. angustae. Pileus subpellucidus, ½ unc. latus, subumbilicatus, in junioribus nonnullis observatur.

γ. *ocellatus*, pileo subcarnoso plano albo, dein umbilicato obscuriore, lamellis adnatis albis: stipite subpulverulento rufescente, basi sa-

dicato - fibrilloso. *Fries Syst.* 1. *p.* 134. *Ejusd. Obs.* 1. *p.* 83.

In Suecia ad terram inter folia. Stipes fistulosus, tenuis, pallide fuscescens, glaber; sed ejus basis radiculis villosis longis appendiculatus. Pileus sat tenax, margine patente crenulato et striato.

207. *tuberosus*, pumilus dense confertus, pileo ruguloso papillato glabro aut subsericeo, stipiteque firmo piloso - tomentoso albido - rufescentibus. *Syn. fung. p.* 374. *Bull. Hist. d. Champ. p.* 548. *t.* 256. *et* 522.

A. *tuberosus*, albus, pileo, subcarnoso dein umbonato, lamel. adnatis confertis, stipite fistuloso subnudo, sclerotiis innato. *Fries l. c. p.* 133. *Flor. Dan. t.* 1613.

Ag. Amanitae. *Batsch. El. Cont.* 1. *f.* 93. A. alumnus. *Bolt. t.* 155. (mala). A. bulbosus. *Schum. p.* 307. A. epiphyllus. *Trattin. fung. austr. t.* 11. *f.* 22.?

Autumno pluvioso sat frequens occurrit in vetustis et subputrescentibus fungorum reliquiis, grege densa. Stipes pro basi habet varias *Sclerotii* species, sed etiam sine iis eum reperi (qui tunc subspeciem (A. *Amanitae B.*) constituere videtur); ceterum pro fungi parvitate satis crassus, subsolidus, villo denso matrici affixus. Pileus margine substriatus, sub lente inspectus, rugulosus, etiam subtomen-

tosus, junior globosus subcarnosus. Lamellae angustae albidae, et albo incarnatae.

208. *parasiticus*, dense aggregatus; pileo subcarnoso umbonato, demum explanato, pallescente-albo, lamellis distantibus crassis fuscescentibus, stipite subelongato fistuloso, basi villoso. — *Bull. Hist. d. Champ. p.* 609. *t.* 574. (exl. synon.) *Sowerb. t.* 343. *Fries l. c. p.* 135.

Etiam in Agaricis putrescentibus nascitur, sed multo rarior est. Stipes longitudine varius, plerumque semuncialis, 1-2 lin. crassus, aequalis. Lamellae tumidae, adnatae, passim divisae, aliquando gyroso-intricatae, et in specime apportato, forsitan aegrotante, tomentosae mihi apparuere, hinc ut steriles habendae?

209. *Lycoperdoides*, gregarius albicans, pileo ab initio globoso, dein hemisphaerico, tandem in pulverem colore argillaceum fatiscente, lamellis distantibus subtremellosis sterilibus (?), stipite brevi glabro. *Syn. fung. p.* 325. *Nees Syst. t.* 24. *f.* 194. *Sowerb. t.* 383. (in statu vetusto).

Agaricus Lycoperdonoides *Bull. t.* 516. *f.* 1. Elvela Clavus. *Schaeff. t.* 279.

Singularis hic fungus autumno non raro conspicitur, supra Ag. *adustum* et *fuscipedem*, etc., exsiccatos et detritos. Ob habitum Agaricinum eum non silentio transeundum arbi-

tratus sum, quamvis ob naturam pilei ejus, qui *Lycoperdorum* ad instar, mox in pulverem, exsporulis stellatis compositum, solvitur a ceteris valde aberret. Hanc ob rationem cl. Ditmar, praeeunte cel. Link, peculiare ex hac specie, constituit genus, quod sequens est:

ASTEROPHORA. *Sporangium* hemisphaericum, subtus lamellosum, stipitatum. *Peridium* simplex, rumpens et effundens *sporidia* angulata. *Link Observ. in Ordin. pl. Natur. Diss.* 1. *p.* 33.

Asterophora Lycoperdoides. *Ditmar. Fung. german. Fasc.* 3. *p.* 53. *t:* 26.

** *Pileo colore variabili glabro, plerumque albido, stipite nudo, elongato rufescente, subtomentoso, aut radicato.* (Galopodii). Species ut plurimum ad terram crescunt, minus carnosae, nec magnae et satis pulchrae sunt.

210. *porreus*, gregarius, pileo subcarnoso, juniore subrufescente, adulto et exsiccando albicante, lamellis rotundato-adnexis, stipite elongato pruinoso-tomentoso rufescente, basi villoso. — *Fries Syst.* 1. *p.* 128.

A. *alliaceus*, stipite plano perpendiculari, pileo semiorbiculari, lamellis falcatis liberis. *Bull. Hist. d. Champ. p.* 551. *t.* 424. *f.* 1. (excl. synonymis). *Jussieu in Act. Parisiens.* 1728. *p.* 382.

Sero autumno apparet in Quercetis, etiam Fagetis, inter fol. sicca, quibus villo molli, aut strigoso subrufescente adhaeret, odore alliaceo, non ingrato, distinctus. Stipes cavus, 3 unc.

3 unc. longus, lin. 1 et ultra crassus, apice albicans. Pileus orbicularis, opacus, laevis aut rugulosus, ½-1 unc. latus, carnoso membranaceus.

Obs. Ad partem, etiam huc pertinere videtur Ag. *alliatus.* Schaeff. t. 99. colore modo nimis rufescente pictus. A. alliatus *Jacq.* vid. infra.

211. *scorodonius*, graveolens parvulus, pileo subcarnoso lamellisque adnatis crispis albidis, stipite fistuloso brevi glabro rufo. *Fries Syst.* 1. *p.* 130.

Agaricus alliatus. *Syn. fung. p.* 373. *Consp. fung. p.* 189. *Obs. Mycol.* 2. *p.* 55.

In Germania et Suecia provenit in ericetis, pascuis, collibus apricis, sub aestatis finem. Pileus juniorum convexus e sordido rufo-pallescens et rugulosus, demum subdepressus, ½ unc. latus. Lamell. basi venosae, demum liberae. Stipes vix radicatus, ultra unc. modo longus, in senioribus subnigricans, glaber. In statu recente graveolens, et in Lusatia in usum culinarem, sub nomine *Moucerton*, adhibetur, quod etiam cum 2 antecedentibus fieri potest.

Obs. An Ag. *calopus* Syn. fung. p. 373. hujus speciei tantum varietas inodora? aut an ad Ag. *erythropum* pertinet? Observationes sufficientes adhuc desiderantur.

212. *croceus*, (*allicinus*) subgregarius, pileo

submembranaceo hemisphaerico pallide cinereo, vertice umbrino olivaceo vel ferrugineo-croceo, lamellis postice attenuatis liberis albis, stipite longo flexuoso tomentoso albido croceoque. *Schum. Saelland.* 2. p. 271. A. porreus, et *Syn. fung. p.* 376. (excl. Syn. Bull.)

A. *prasiosmos*, olidus, pil. hemisphaerico cinereo, lamellis subliberis, stipite elongato succo croceo referto. *Fries Syst. p.* 148.

β. crocatus, inodorus, pileo obsolete striato cinereo, lamellis attenuato-affixis albis stipiteque succo crocato refertis. *Fries l. c. Schrad. Spicil. p.* 127. *Flor. Dan. t.* 1550. *f.* 1.

Cum antecedente inter fol. decidua, praesertim faginea prostat. Stipes huic longus, croceo-sanguineus, strigoso-radicatus. Pileus umbonatus, colore varius. *Fr.*

γ. alliaceus (anglicus), graveolens, pileo subcoriaceo, demum planiusculo, remote striato, lamellis liberis albis, stipite longo pruinoso atropurpureo, basi villoso. *Grevill. Flor. Edinens. p.* 382. *Sowerby t.* 81. *Scopoli Carinth. p.* 271.

Cresc. quoque ad fol. emortua in sylvis. Pileus ab initio companulatus, ½-1 unc. latus, fusco-luteus, siccus, tenuis, tamen non fragilis. Lamell. subdistantes, fere liberae. Stipes 3-4 unc. longus, 2 lin. crassus, fistulosus

nitens, deorsum fere nigricans, apice albicans, aliquando basi tantum villosus, (exsuccus?). Plerumque alliodorus, verum non constanter. *Grev.*

213. *cepaceus*, gregarius, pileo hemisphaerico stipiteque deorsum incrassato glabro? luteis, lamellis albis.

A. cepaceus (Michelii). *Fries Obs. Mycol.* 1. *p.* 29.

Fungus campestris parvus luteus, odore allii, lamellis albis, pediculo superna parte concolore. *Mich. Gen. pl. p.* 144. *t.* 78. *f.* 5.

In fimo equino, per agros fuso, prope Florentiam, autumno viget, sed raro. *M.*

Obs. Quoad locum natalem ab antecedentibus, cum quibus odorem alliaceum participat, valde differt, iisque, secundum iconem, multo major, et stipes versus basin incrassatus, ac, uti videtur, totus glaber et exsuccus.

214. *Ceratopus*, subgregarius inodorus, pileo subcarnoso-membranaceo campanulato submolli albido-pallescente (etiam badio-ferrugineo) laevi passimque substriato, lamellis adnexis dilutioribus, stipite fistuloso longissimo nitente-badio corneo.

His in regionibus rarius mihi obvius, inter folia sicca.

Species distinctissima videtur ab Ag. *alliaceo Sowerbii*, tamen ei affinis, sed nullum spirat odorem, et sapore est subnauseosus.

Stipes glaberrimus, basi materie albida cum vicino et foliis connatus, substantia sicca cornea, 4-6 unc. longus, 1-2 lin. crassus. Lamel. adscendunt, 2 lin. latae. Pileus obsolete umbonatus, unc. 1 fere latus, ad tactum mollis. Quoad habitum et lamell. insertionem Ag. *galericulato* aliisque *Mycenis* non dissimilis, ratione stipitis et pilei vix striati potius huc pertinet.

215. *Erythropus*, subcaespitosus, pileo subcarnoso-membranaceo hemisphaerico albido-pallescente, lamellis secedente-adnexis albis, stipite cavo glabro atro-rubente, basi intusque villoso. *Syn. fung. p.* 367. *Conspect. fung. p.* 184. *Fries Syst.* 1. *p.* 122.

Agaricus dispar. *Batsch. El. fung. Cont.* 2. *p.* 75. *t.* 38. *f.* 210.? (stipes hirsutus, non radicatus indicatur). A. velutipes. *Sow. t.* 263.?

β.? *acervatus*, fasciculatus, pileo subcarnoso incarnato, lamellis liberis, stipite fistuloso rubro, sursum attenuato glabro, basi tomentoso. *Fries l. c. p.* 122. (In pinetis Sueciae circa truncorum radices abunde Fr.)

A. *erythropus* in sylvis frondosis, inter folia decidua, aut ad latera truncorum, putredine emollitorum, quibus stipes immersus, non infrequens observatur, sub finem aestatis. Stipes 3-4 unc. longus, 2 lin. crassus, plures saepe in corpus tuberosum connati. (A. *repens* B.); colore toto bruneo subnitens. La-

-mellae rotundato, aut ad dimidium stipiti annexae, albae, pallescentes, subdistantes. Pileus parum carnosus, pellucidus, obsolete striatus, convexus, 1 ½ - 2 unc. latus.

Obs. Sequentes subvarietates adnotari merentur:

* *clandestinus*, subcespitosus, pileo-carnoso-membranaceo flaccido ruguloso, primo convexo demum subumbilicato, pallescente-rutilo, lamellis semiadnatis aquose pallidis, stipite longissimo glabro elastico badio.

In quercetis passim, inter folia sicca, ubi stipes plerumque fere totus est absconditus, hinc nonnunquam spithamam longus evadit, flexuosus, nitidus, passim excentricus. Lamell. lanceolatae, gradatim minores. Pileus 1 - 2 unc. latus, sapore substipticus.

* *phaeopus*, subsolitarius parvulus, pileo subcarnoso hemisphaerico plano, aut subumbilicato, crustalino, lamellis toto adnexis subconcoloribus, stipite rufo-badio, basi strigoso.

Sero autumno sub Syringis, in campestribus cultis, crescens, raro occurrit. Stipes vix radicatus, 2 unc. longus, lin. 1 crassus, demum induratus. Lamell. in individuis subumbilicatis lineatim parum decurrunt. Pileus ½ unc. fere latus, pallidus, mox albicans.

Obs. 2. Ag. repens. *Bull. t.* 90. nunc ab beato auctore in *Textu* (*Hist. des champ.*

vol. 2.) *p.* 470. cum Ejus A. *dryophilo* conjunctus est, addita observatione: „Stipes hujus interdum ramosus (?) et repens; ut in individuis inconsulte pictis sub nomine A. *repentis*." Et revera affinitas cum *dryophilo* non neganda, sed praeter crescendi modum, stipitis colore et natura, et pileo convexo minus carnoso, nec non colore differt.

216. *confluens*, cespitosus albidus, humidus rufescens, pileo subcarnoso convexo obtuso, lamellis confertis angustis, stipite cavo villoso-pulverulento rufescente. *Syn. fung.* p. 368. *et Icon. et Descr. fung. Fasc.* 1. *p.* 15. *t.* 5. *f.* 1. *Consp. fung. p.* 184. *Fries l. c. p.* 123.

Agaricus tremulus *Batsch. El. fung. p.* 130. *t.* 20. *f.* 104.

In sylvis, praesertim abiegnis, autumno non rarus, ad terram provenit. Stipes subcompressus, breviter tomentosus, apice subdilatatus. Lamell. liberae, basi rotundatae. Pileus late umbonatus, flaccidus, siccus, unc. 1-2 latus.

217. *cohaerens*, cespitosus, pileo subcarnoso umbonato rugoso cinnamomeo expallente, lamellis subadnexis distinctis fuscescentibus, stipite cavo glabro nitente-badio, basi connato. *Syn. fung. p.* 307. *Ic. et Descr. fung.* 1. *p.* 15. *t.* 5. *Consp. fung. p.* 163. *Fries Syst. p.* 253.

In Germania et Suecia, tam ad truncos, quam inter fol. dejecta, provenit. Stipites subfasciculati, basi membrana communi uniti, cornei, glaberrimi, pulchre castanei, sursum pallidi, 3-4 unc. longi. Lamellae eae, quae integrae sunt, plerumque latiores sunt, et omnes venis connexae. Pileus 1-2 unc. latus, late et obtuse umbonatus, nunc pallidus, nunc subferrugineus.

218. *lugubris*, gregarius e pallido ferruginascens, pileo subirregulari laevi, lamellis liberis, stipite radicato glabro, intus spongioso, pileo concolore. *Fries l. c. p.* 254. †

Prov. in betuletis montosis declivibus, inter gramina. Stipes rigidus, extus cartilagineus, 4 unc. longus, 3-4 lin. crassus, an aequalis? Lamel. latae, confertae, serratae (de eorum colore nibil adfertur). Pileus carnosus, campanulatus, dein expansus, 2-3 unc. latus. *l. c.*

219. *archyropus*, inodorus fasciculato-cespitosus, pileo (parvulo) subcarnoso pallente, lamellis confertis toto adnexis obscurioribus, stipite tenui pallide rufescente, pruina tomentosa albicante obtecto. *Tab. XXV. f.* 4. et ad *a.* pars stipitis sub lente pictus.

In sylvis prope Versalias ad terram detectus ad D. Bard.

Plura individua, interdum ad 12 basi inter se (et cum vicinis corporibus, foliis, etc.)

unita, sertum offert, sat gratum. Stipes 4-5 unc. longus, lin. 1 crassus, subrigidus, demum cavus, primo aspectu glaber, sed sub lente tenuiter infra lamellas usque, tomentoso-squamulosus, colore fere argenteo sed, tomentulo attrito, subrufescit. Lamell. lineares, densae. Pileus ½-1 unc. latus, convexus, glaber, demum planiusculus, alutaceo-pallidus.

Obs. An huc forsitan referendus Agaricus *Hariolorum* Bull. t. 585. et t. 56.? quaeque species mihi valde dubia videtur, aut ut mera var. Ag. *peronati* habenda.

220. *terginus*, inodorus, pileo subcarnoso incarnato expallente, lamellis liberis pallidis, stipite elongato albo-villoso, deorsum atrorubente. *Fries Syst.* 1, *p.* 128.

In Suecia crescit supra foliis, et inter muscos humidos, Septembr., Novembr. Stipes fissilis, apice glaber, pallidus. Lamellae angustae. Pileus convexus, obtusus, mox planus, demum margine striatus, unc. 1 plus minusve latus. *Fries.*

* *patillus*, pileo subcarnoso, humido rufo, margine striato, lamellis liberis, stipiteque fistuloso rufescentibus, basi albo-villoso. *Fries l. c.*

Serotinus in Sueciae pinetis, interdum copiose, apparet. Stipes attenuatus, 1-2 unc. longus, 1-2 lin. crassus. Lamell. juniorum adnatae, dein liberae, subdistantes. Pileus sub-

membranaceus, humidus subdiaphanus, testaceo-incarnatus, latitudine fere uncialis. *l. c.* I

221. *fusco-purpureus*, cespitosus, pileo subcarnoso obsolete umbilicato, recente atropurpureo, dein expallente, stipite subcaudato rubiginoso, deorsum strigoso. *Syn. fung.* p. 451. *Ic. et Descr. fung. Fasc.* 1. p. 12. *t.* 4. *f.* 1. *Fries l. c.* p. 128.

In Germania et Suecia, inter folia praesertim faginea, Jul. — Sept. Stipes 2-3 unc. longus rufus, villis rubiginosis vestitus. Lamell. liberae, rufescentes. Pileus primo hemisphaericus, dein etiam subapplanatus, totus pallidus. — Adest ex D. Fries var. *major*, solitaria, stipite decumbente, quae mihi ignota.

222. *peronatus*, gregarius subcespitosus, pileo carnoso-membranaceo convexo aut planiusculo flaccido pallescente-rutilo, lamellis distinctis secedente-liberis pallidioribus, stipite farcto-radicato, deorsum flavo-strigoso. *Syn. fung.* p. 331. *Bolt.* t. 58. *Sowerb.* t. 37.

Agaricus lanatus. *Schum. Saell. ex Fries* p. 126. *β.* Agaricus urens. *Bull.* t. 528. *f.* 1. *Fries Syst.* p. 232. differt stipite longiore, fere denudato; colore et sapore urente ceterum similis, ita ut mera *var.* considerari debeat.

Haec species, in pluribus regionibus crescens, non rara est, habitu proprio distincta,

et ob substantiam coriaceo-membranaceam, prae ceteris, facile siccari potest. Stipes 2-3 unc. longus, 2-3 lin. crassus, subtomentosus, pallidus. Lamell. integrae plerumque latiores sunt, dein liberae. Sapor, ut in *Capsico*, etiam in speciminibus exsiccatis remanet.

Obs. Sequentes ambas varietates, rarius his in locis observavi:

1. *calceolatus*, cespitosus, pileo subumbo-tenui lamellisque angustis adnexis rufescentibus, stipite longo deorsum incrassato, basi villo denso candido obvoluto.

Hab. inter folia putrida, quibus adhaeret villo compacto. Pileus unc. 1 fere latus.

2. *rugatus*, subgregarius, pileo subcarnoso flaccido, superficie ruguloso, demum depresso, dilute cinnamomeo, lamellis ligneo-pallidis confertis secedentibus, stipite subbrevi concolore, demum cavo, farinaceo.

Stipes 1 ½ unc. longus, 2 lin. crassus, apice subincrassatus. Pileus 2 unc. latus, margine sublineatus, odore non ingratus, sed sapore est acri-nauseosus. Quoad stipitem ab A. *peronato* forte nimis recedit, hinc denuo examinandus.

223. *leucophyllus*, pileo hemisphaerico umbonato molli carnoso rufo-badio aut albo-livido expallente, lamellis confertis niveis, basi truncatis aut rotundatis subliberis, stipite elongato laevi tumido rufescente, basi

villoso. — *Syn. fung. p.* 309. (excl. Synon.).

Agaricus butyraceus *Bull. Hist. p.* 615. *t.* 572. *Fries Syst.* 1. *p.* 121. (Forsitan nomen venit a carne pilei molli).

Picromyces atrorufus. *Battar. p.* 17. *t.* 16. *fig. C.* (sed sapore amarus).

Aestate et autumno, post pluvias, satis vulgaris est, in sylvis praesertim frondosis. Forma peculiari, et lamellis semper pure albis notabilis, cum color in pileo a tempestate humida aut sicca variet, ita ut aliquando, umbone excepto, totus albescat, plerumque tamen lividus est, interdum badius, margine pallido. Stipes 3 - 4 unc. longus, deorsum sensim et valde incrassatus, laevis; intus floccosus, eum his in regionibus, ubi non rara est haec species, semper glabrum (basi ima excepta) inveni, hinc sequens, saltem ut subspecies, adnotari meretur.

β. *trichopus*, pileo carnoso convexo glabro rufescente - badio, lamellis flexuosis albidis, stipite conico rufo toto piloso. *Syn. fung. p.* 308.

Passim in Hercynia occurrit. Stipes parum brevis, 1 ½ longus, dilute castaneus, pilis sat longis, sed sparsis, obsitus. Lamel. subadnexae.

Obs. Rarius provenit *var.* stipite colore toto livido, qui in pilei carnem penetrat.

224. *leiopus*, gregarius, pileo subcarnoso umbonato, primo livido-nigrescente (dilute badio), dein fuligineo-albido, lamellis adnexis candidis, stipite conico, juniorum striato, dein laevi, pileo concolore. *Syn. fung. p.* 362. *Ic. pict. fung.* 1. *t.* 2. *f.* 1-3.

Agaricus azemus. *Fries Syst.* 1. *p.* 21.

In sylvis acerosis et frondosis (etiam circa Parisios) non equidem rarus. Stipes in fungo nondum evoluto, basi fere globosus, sulcatus est, in adultis laevis, subsolidus. Lamellae emarginato-adnexae. Pileus ab initio globosus, et fere niger, demum subrepandus. Sapor subfortis. — Vix specie diversus videtur ab Ag. *leucophyllo*, vel *butyraceo*. Bull., sed multo rarior et serior occurrit.

225. *pudens*, pileo subcarnoso umbonato rufo-fusco, margine villoso, lamellis toto adnexis candidis, stipite farcto longo radicato tomentoso. *Syn. fung. p.* 313. *et* 314. *Bull. t.* 232. *Battarr. t.* 9. *f.* 1. (*var.* pileo albo).

Ad truncos passim cum sequente crescit, a quo abunde differt pileo non viscoso, colore et tomento; etiam paullo minor est. Stipes, qui pileo concolor, paullo longior in hoc, ad tactum mollis videtur.

226. *radicatus*, (clypeatus), solitarius, pileo carnoso umbonato viscoso subrugoso glabro fuscescente-livido, lamellis emarginato-ad-

nexis subdecurrentibus candidis, stipite longo radicato, pileo subconcolore, apice albido. *Syn. fung. p.* 513. *Sowerb. fung. t.* 48. *Fries p.* 118.

Agaricus longipes *Bull. t.* 515. A. umbraculum *Batsch. El. fung. t.* 2. *f.* 4. (radice abrupta). A. macrorhizus. *Obs. Mycol.* 1. *p.* 47.

Haec species, quae sat praecox est, nascitur in truncis putrescentibus, quos radice longa penetrat. Stipes subtenax, spithamaeus, 3 lin. crassus, attenuatus. Pileus dein fere planus, disco lato prominente, carnoso-membranaceus. Lamell. sublineatim decurrunt, passim subincarnatae sunt. Totus fungus demum aquosus, mollis fit. Ag. *galericulato*, forma majore, valde affinis, sed pileo viscoso, vix aut rarius striato, et stipite non strigoso differt.

227. *platyphyllus*, magnus subsolitarius, pileo subcarnoso ex albido subfuligineo, umbone obtuso virgato-squamuloso obscuriore, lamellis latissimis subannexis candidis, stipite striato albido, radice abrupta. *Syn. fung. p.* 362. *Obs. Mycol.* 1. *p.* 47. *Fries Syst. p.* 117. (Excl. Syn. Bull. 2.)

Uti antecedens in truncis quoque provenit, sed minus communis. Stipes 3 - 4 unc. longus, 4 - 6 lin. crassus, demum cavus. Lamell. ad latera subplicatae. Pileus fragilis 3-4 unc. latus, subfibrillosus, non viscosus.

* *subulatus*, pileo submembranaceo campanulato subtomentoso olivaceo-viridi, lamellis pallidis distantibus, stipite longissimo subulato farcto pallido. *Raddi in Act. Soc. Ital. vol.* 13. 1806.

Hab. circa Florentiam. Affinis dicitur Ag. radicato, cujus formam refert, sed stipes adhuc longior et tenuior est, ac glaber? quo differt ab A. *pudente*.

228. *ventricosus*, stipite fistuloso nudo fusiformi, pileo umbonato, margine striato, lamellis subfalcatis liberis (?), ad basin latiusculis aduncis. *Bull. Hist. d. Champ. p.* 465. *t.* 411. *f.* 1.

Terrestris et solitarius in sylvis crescit. Stipes 3-4 unc. longus, glaber, mollis, apice dilatatus, basi in radicem gracillimam desinens, plerumque fulvo-ferrugineus, interdum subalbicans. Lamellae undulatae, aduncae hinc annexae, stipite concolores. Pileus plerumque stramineus, interdum albus, fere ecarnis. *Bull.*

Obs. Hic fungus mihi videtur dubius quoad speciem, et potius ut mera A. *radicati* varietas consideranda: Ag. *galericulati* non quoque dissimilis est, sed major, ac stipes non strigosus pictus. Habitu, nec non loco natali cum auctoris A. *arundinaceo* (collino Scop.) valde quoque convenit. De cetero, Ag. ventricosus *Fries Syst.* 1. *p.* 294. a Bulliardi fungo, quamvis ab eo citetur, longe deflectit

loco natali: *ad terram fumosam*, colore, et praesertim ejus natura *Pratellarum*.

229. *inamoenus*, pileo carnoso subumbonato glabro albido, lamellis varie adfixis distantibus stipiteque solido aequali radicato albis. *Fries Obs. Myc.* 1. *p.* 10.

In pinetis Smolandiae, vulgaris. Odore Geran. Robertiani. Pileus compactus, 1-2 unc. latus, siccus. Lamell. latae, nunc decurrentes, nunc emarginatae. Stipes aequalis, 3-6 lin. crassus. Transit ad A. *radicatum. Fr.*

230. *collinus*, pileo subcarnoso campanulato expanso umbonato pallescente, lamellis liberis; stipite fistuloso laevi glabro. *Fries l. c. p.* 124. *Schaeff. t.* 220. *Scopoli Carniol. ed.* 2. *p.* 403. *Flor. Dan. t.* 1609.

Agaricus arundinaceus. *Bull. t.* 403. A. pratensis *Batsch. t. f.* 5. (ex Fries).

In graminosis ad terram, nunc solitarius, nunc cespitosus. Stipes rigidus, teres, basi subpubescens, 3-4 unc. longus. Pileus dein planiusculus, laevis, ultra unciam latus. *l. c.* Quoad ic. *Flor. Dan.* color est livide fuscescens. Pileus sublate umbonatus, fere ecarnis. Lam. subventricosae. Stipes 4-5 unc. longus, 3 lin. crassus.

231. *ingratus*, cespitosus, pileo subcarnoso umbonato stipiteque fistuloso subcompresso tortili fusco-alutaceis, lamellis liberis. *Fries l. c. p.* 123. *Schumach. Saelland. p.* 304. †

In Daniae pinetis; Aug. Stipes 3-5 unc. longus, 4-6 lin. crassus, subflexuosus, superne pulvere albo obtectus, basi dein umbrinus. Lamel. densae, lineares, postice truncatae. Pileus unc. 1½ latus. Odor subingratus. *loc. cit.*

232. *plancus*, pileo carnoso obtuso pallescente, lamellis distantibus obscurioribus, stipite compresso subcavo albido-villoso. *Fries p.* 127. *Flor. Dan. t.* 1723.

In Sueciae et Daniae sylvis, inter folia, passim Sept. — Nov. Stipes 2 unc. longus, 1 lin. crassus, pallidus, valde tenax, basi non strigosus. Pileus uncialis, applanatus, laevis. Lamell. subbrunneae. A. *confluenti* subsimilis. *Fr.*

233. *ovinus*, pileo carnoso e convexo plane subsquamuloso rufescente (etiam fuscescente et griseo), lamellis arcuato-affixis, venis connexis albis, stipite farcto brevi firmo. *Fries Syst.* 1. *p.* 109. *Bull. t.* 580. A. metapodius. *Fries Obs.* 2. *p.* 110.

Cresc. in pratis muscosis, apricis et nemorosis. Stipes 1-2 unc. longus, ½ crassus, cinerascens. Pileus 1-3 unc. latus, subfragilis. Substantia compacta, laesa rubescens, sapore mitis. Odor farinaceus. *Fr.*

234. *caryophyllaeus*, subgregarius parvulus, pileo carnoso umbonato pallescente-rufo, lamellis distinctis secedente-adnexis albido-pal-

pallidis, stipite farcto - duro subradicato. *Schaeff.* *t.* 77. A. collinus. *Syn. fung.* *p.* 330.

Agaricus Pseudomonceren *Bull.* *t.* 528. *f.* 2. A. pratensis. *Sowerb.* *t.* 247. A. oreades. *Bolt.* *t.* 43. *Fries* *p.* 127. A. tortilis. *Decand. Flor. gall.* 2. *p.* 194. A. *coriaceus* aliquorum.

Provenit, aestatis fine et autumni initio, in sylvaticis, locis graminosis, pascuis, etc., sat vulgaris, odore grato distinctus. Substantia sicca, elastica. Stipes 2 - 3 unc. longus, albidus aut pileo subconcolor, 2 lin. crassus, interdum striatus, semper glaber aut basi subvillosus a me visus; secundum D. Fries, in Suecia, villoso - corticatus est. Lamell. subliberae, latiusculae, 2 lin. latae. Pileus unc. 1 ad 1½ latus, convexo - planus, subumbonatus, expallens, glaber, rarissime obsolete umbilicatus.

In *Flora Danica* hic fungus pictus est colore nimis obscuro, pileo acute conico. Ceterum non tam magnus est, nec cespitose crescit, saltem in Gallia.

Obs. Nomen antiquius Schaefferi, utpote odorem non male exprimens, conservari meretur; illud *oreades* Bolt. (*oreas* Spreng.) hujus speciei crescendi modum, nempe circulos efficiens, quod nondum observari, indicans, non paucis aliis Agaricis etiam proprius est. Variat quoque sequentem in modum.

1. *imminutus*, parvus, pileo umbonato planius-

culo ligneo-pallido ferruginascente, lamel. sublineatim decurrentibus, stipite longiusculo subradicato.

Pileus subcompactus, ½ unc. latus. Stipes 2 unc. longus, 1½ lin. crassus.

2. *rhizopus*, subparvus, pileo subcarnoso ferrugineo, lamel. adnexis concoloribus, stipite sub terra longe radicante crassiusculo.

Radix fusiformis, 1-2 unc. longus, 4 lin. crassus, glaber, pileo concolor, qui hemisphaericus et unc. 1 fere latus est.

235. *fusipes*, cespitosus tenax, pileo carnoso flaccido rufo-badio laevi, lamellis distantibus rotundato-adnexis albidioribus, stipite ventricoso sulcato, deorsum acuminato subradicato glabro. *Syn. fung. p.* 312. *Bull. t.* 516. *Flor. Dan. t.* 1694. *Fries p.* 120.

Agaricus crassipes *Schaeff. t.* 87 *et* 88. Ag. rigidus *Bolt. t.* 43. *Sowerb. t.* 129. A. contortus. *Bull. t.* 36.

In sylvis prope truncos frequens crescit. Stipes durus, 3 unc. longus, totus glaber. Pileus subcartilagineus, parum difformis. Lamellae subventricosae, albido-griseae, fere liberae, saepius rufo-inquinatae. Sapor hujus speciei fere ut in Ag. *campestri*, paullo fortior tamen.

β? *caldarii*, cespitosus rufescens, pileo subcarnoso tenui, margine zonato, lamel. confertis albidis, stipite rigido compresso (utrinque sulcato), basi albo-pulverulento, non radicato.

Inveni in caldario quodam inter pulverem coriarium. Stipes cavus, aequalis. Lamell. tenues, adnexae, demum rufescentes. Pileus planiusculus, pellucidus unc. latus, subsericeus quasi. Odor fortis.

236. *Daucipes*, spadiceus, pileo subcarnoso applanato subconvexo, medio dilatato squamulis subfasciculatis notato, lamellis subdecurrentibus dilutis, stipite fusiformi subfarinaceo.

Inventus a D. *Cordier*, fine Augusti in Sylvula Boloniensi prope Parisios. Stipes, basi interdum prolifer, eadem forma et substantia est ac in *Fusipede*, sed superficie subfibrillosus, apice pulverulento. Lamellae colorem quoque habet antecedentis, sed verum stipitem decurrunt et inter se distant. Pileus obsolete lateque umbonatus, opacus, medio carnosus, in periphaerio fere ecarnis, latitudine palmari, submollis. Squamulae in disco erectae, obtusae, ceterae depressae et quasi anastomosantes. Sapor fere raphanaceus.

Obs. An forsitan huc adferendus Agaricus gymnopodius *Bull. Hist. d. champ. p.* 531. *t.* 601. *f.* 1.? pileo tamen valde convexo et magis squamoso est.

237. *prolixus*, magnus, pileo carnoso dilatato-conico, margine subrepando, rubiginoso, lamellis confertis lanceolatis rotundato-adnexis, stipite longissimo solido aequali, pileo concolore. — *Flor. Dan. t.* 1608.

Hab. in Daniae sylvis. Stipes spithamaeus, ½ unc. fere crassus, radiculos exserens, aequalis. Lamel. tenues, subangustae. Pileus 4-5 unc. latus.

238. *velutipes*, caespitosus serotinus, pileo subcarnoso viscoso repando crustalino, lamellis ventricosis albo-pallentibus, stipite molli subtomentoso spadiceo. *Syn. fung. p.* 314. *Curt. Lond.* 4. *t.* 70. *Sowerb. t.* 384. *f.* 3.

Agaricus nigripes. *Bull. t.* 344. A. fuscipes. *Flor. Dan. t.* 1194. *f.* 2. A. Sphinx. *Batsch Cont.* 1. *t. f.* 112. (junior, expallidus, ne quidem *var.*)

β. atropes, solitarius terrestris, pileo explanato depresso, margine repando ferrugineo-umbrino, stipite brevi crassiusculo subbulboso nigro-fuligineo. *Schum. Saelland. p.* 235.

Ubique fere haec, satis notabilis, species invenitur, rarius quidem in sylvis ad truncos quercinos, sed in ambulacris ad basin ulmorum provenit, frequentius vero, sero autumno in hyemem usque, ad vetustas Salices, aut Tilias, non obstante frigore, crescit. Stipes longitudine variat, et saepe incurvus est, quod a loco dependet. Lamellae dentato-connexae, latitudine inaequales, juniores albidae. Pileus mollis, subpellucidus, 2-3 unc. latus.

Obs. Agaricus austriacus. *Trattin. Fung. Austr. Fasc.* 2. *p.* 37. *t.* 4. *f.* 7., qui, mense Januario ad Cerasi aut Populi truncos, prope

Vindobonam invenitur, vix distincta species est, differt stipite atro-purpureo (glabro?) et colore pilei intensiore.

239. *dryophilus*, subgregarius, pileo tenui carnoso, demum subdepresso rufescente-crustalino, margine dilutiore, lamellis confertis rotundatis, albido-pallidis, stipite subtenui glabro lutescente-rutilo. *Syn. fung. p.* 452. *Bull. t.* 434. *Sowerb. t.* 127. *Fries p.* 124.

Agaricus melleus. *Schaef. t.* 45.? A. ochraceus. *Ejusd. t.* 255. Ag. mollis. *Bull. t.* 17. (ex ipso auctore).

In Pinetis et Quercetis sat frequens. Magnitudine mediocris. Stipes glaber, nitidus, deorsum incrassatus, aut aequalis 1-2 unc. longus, 2-3 lin. crassus. Lamel. adnexae, confertae, subnitidae. Pileus parum modo carnosus, planiusculus. Odor subdulcis. Sapor ingratus. In Suecia odor et sapor nullus!

240. *xanthopus*, pileo subcarnoso subumbonato laevi flavo-pallescente, lamellis liberis latiusculis albidis, stipite fistuloso aequali luteo, basi strigoso. *Fries. p.* 124. A. tremulans. *Batsch. t.* 38. *f.* 209.?

In Sueciae pinetis raro. Pileus tenax, subconvexus. Stipes rigidus, 3 unc. longus, 1-2 lin. crassus, etiam rufescente-flavus.

241. *chrysenterus*, pileo carnoso hemisphaerico subumbonato lamellisque liberis flavis, stipi-

te solido, basi albo-strigoso. *Fries p.* 126. *Bull.* t. 556. *f.* 1. *Spreng. Flor. Halens. Mant.* 1. *p.* 17.

Hab. in Gallia, Germania et Suecia, inter folia decidua, et in ramis siccis. Stipes 2 unc. et ultra longus, glaber, flavus, sed basi albo-pilosus. Pileus obsolete umbonatus, demum planus, 1½-2 unc. latus. *Fr.* Lamel. numerosae, basi rotundatae. Odor et sapor nullus. *Bull. Hist. p.* 565.

242. *macilentus*, pileo subcarnoso laevi luteo, lamellis subliberis linearibus stipiteque subfistuloso nudo flavis. *Fries l. c. p.* 131.

In Sueciae pinetis densis, mentosis. Stipes 1½ unc. longus, lin. 1 crassus, aequalis, tenax, leviter radicatus; interdum flexuosus. Pileus planus, obtusus, ½ unc. latus. Lamell. confertae, elegantes. A. *cerino* quodammodo affinis; et statura A. *carnei. l. c.*

243. *clavus*, pileo subcarnoso obtuso argillaceo, lamellis adnexis albis, stipite fistuloso radicato glabro flavescente. *Fries p.* 131. A. esculentus.

Agaricus clavus *Linn. Schaeff. t.* 59. A. esculentus *Wulfen in Jacq. Coll. Austr.* 2. t. 14. *f.* 4. *Syn. fung. p.* 389.

In ericetis, pascuis, sylvaticis, praesertim in Germania et Suecia prostat. Fungillus vernalis, et in Austria in usum culinarem copiose legitur. Sapor subamaricans. Lamell. lutae

subconfertae, stipiti laxe adhaerentes. Pileus e sordido flavo-argillaceus, disco saepe fuscescens, parum striatus, ½ unc. aut plus latus. Solitarie crescit, sed tempestate humida perfrequens. *Cons. fung. p.* 196.

* *perpendicularis*, radice perpendiculari elongata, stipite fistuloso nudo pileoque complanato laevi flavo-ferrugineus lamellis seminulatis liberis niveis, dein pallescentibus. *Bull. Hist. d. Champ. p.* 469. *t.* 422. *f.* 2.

Hab. in Gallia, sub finem hyemis, in sylvis ad terram, solitarius. Stipes vix perspicue fistulosus, firmus, subaequalis, 3 unc. altus, lin. 1 fere crassus in terram profunde et verticaliter affixus. Pileus aurantio-ferrugineus, nunquam striatus, primum suborbicularis, dein complanatus, demum depressus unc. et nonnullas hic latus. *Bull.* Ab antecedente quoad descriptionem omnino discrepat, a me nondum repertus.

244. *ocior*, gregarius et cespitosus parvulus subtenax, pileo tenui subumbonato planiusculo fusco-rufo glabro, lamellis angustis subliberis albido-pallescentibus nitidis, stipite tenui cavo radicato.

Inveni, mense Majo, prope vetustos truncos, tamen ad terram, quam radice subfusiformi intrat. Stipes ultra unc. longus, 1-2 lin. crassus, aequalis. Lamel. lanceolatae, ultra lin.

latae, nitentes colore grato. Pileus 1½ - 2 unc. latus, exsiccando margine saepe inflexus, opacus, fere ecarnis; sed sapidus.

245. *leiopilus*, solitarius parvulus firmus, pileo carnoso subumbonato fuscescente glaberrimo, lamellis adnexis latiusculis, primo aquose purpurascentibus, dein dilute cinnamomeis; stipite sublongo solido, apice albicante.

In sylvula quadam prope Parisios rarissime repertus. Stipes 2 unc. et nonnullas lin. altus, 1 - 2 lin. crassus; deorsum latior. Pileus ½ unc. latus, medio carnosus, late, sed obsolete umbonatus. Lamel. nigro - punctatae apparent, nec tamen ob substantiam firmam, elasticam. Pratellae species, sed sequenti tota habitu affinis.

246. *arvalis*, pileo subramoso tenaci ochraceo glabro, lamellis adnexis fusco - albis, dein ferrugineis, stipite fistuloso radicato. *Fries Syst. p.* 263.

In arvis graminosisque. Stipes tenax, pileo dilutior, sursum albido - pulverulentus. Pileus siccus rugosus, uncialis. Lamel. subventricosae.

247. *tenacellus*, gregarius parvulus, pileo umbonato carnoso - membranaceo subumbrino, aut fuligineo - pallido; lamellis adnexis niveis, stipite glabro tenace lutescente, apice albido. *Syn. fung. p.* 387. *et* 388. *Ic. pict.*

fung. p. 2. t. 1. f. 3. *Fries* l. c. p. 131. Ag. longicaudus *Schum.* p. 278.

Prov. sero autumno, et nonnunq. in ipsum Decembr. in Germaniae, Sueciae et Daniae fagetis et pinetis, inter muscos. Stipes radicatus, 2-3 ad 5 unc. longus, lin. 1 crassus, flexilis. Pileus laevis, unc. latus, umbonatus, in specimine serotino, a frigore, albicans, subfuligineus. Lam. latae, subdistant, eleganter albae.

848. *conigenus*, gregarius magnitudine mediocris, pileo subcarnoso umbonato, demum applanato inaequali, cinereo-livido, lamellis confertis liberis albidis; stipite fistuloso pulverulento radicato-strigoso. *Syn. fung.* p. 388. *Fries* l. c. p. 132. *Buxl. Cent.* 1. t. 67. f. 2. ex *Fr.*

In Germania et Suecia nascitur in strobilis, et ex D. Fries etiam inter folia decidua. Stipes tenax, pileo concolor, tenuis, longitudine varius, plerumque 1½ unc. latus, radiculis fibrillosis adhaerens. Lamell. angustae, lineares. Pileus ½ unc. ad 1 latus, sapore acris.

* *spinipes*, gregarius subfasciculatus, pileo subcarnoso laevi fuligineo-livido, lamellis confertis albis, stipite longo, pileo subconcolore, basi fibrillulis rigidis hispido. — *Sowerb. fung.* t. 207.

Hab. in conis Pini *sylvestris* in Anglia. Stipes 4-5 unc. longus, ultra lin. crassus, non

radicatus? solidus? Lamell. angustae, adnatae. Pileus campanulatus, unc. 1 fere latus. (*Ex Icone*). Priori affinis videtur.

249. *myosurus*, pileo subcarnoso obtuso laevi rufo, lamellis liberis albis, stipite fistuloso rufo, apice pulverulento, radice glabro. *Fries Syst.* 1. *p.* 132. *Ej. Obs. Mycol.* 2. *p.* 129.

Etiam in pinetis provenit. A. *conigeno* proximus. Stipes subtiliter fistulosus; unc. 1 longus, radice elongata. Lamel. angustae. Pileus regularis, 2 unc. latus, colore varius. *l. c.*

250. *spodochrous*, pileo subcarnoso cinereo, lamellis liberis distantibus stipiteque fistuloso aequali pulverulento-griseis. *Fries l. c. Ej. Obs.* 2. *p.* 128. (A. tylicolor.) A. spodochrous. *Spreng. Syst. Veg. V.* 4. *p.* 435.

In Sueciae sylvis frondosis rarior. Stipes vix radicatus, uncialis, lin. 1 crassus. Lamel. planae, pileo pallidiores. Pileus subumbonatus, tenue carnosus, explanatus, ½ unc. latus. l. c.

251. *reductus*, pileo subcarnoso angulato laevi virescente, lamellis affixis griseis, stipite farcto flavescente, superne pulverulento. *Fries l. c. p.* 133. *Ejusd. Obs. l. c. p.* 137.

In foliis putridis *Syringae* repertus. Aug. Stipes teres, fragilis, deorsum pubescens, sursum albo-squamulosus. Pileus subdifformis, convexiusculus, glaber, cinereo-virescens, exsiccatus flavescens, ½-1 unc. latus. Lam. latiusculae, distantes, laeviter affixae. *l. c.*

252. *angulatus*, gregarius parvus, pileo subcarnoso-membranaceo, ab initio hemisphaerico, dein planiusculo, tandem plicato-angulato fuscescente-albido, lamellis distantibus dilutioribus, stipite tenui fistuloso rufescente-griseo. *Tab. XXVI. f.* 3-4.

Agaricus angulatus *Batsch El. fung. p.* 73. *Mich. gen. p.* 146. *t.* 74. *f.* 4. (Var. albida).

Hab. medio autumno in declivibus collium, in campestribus, ad radices plant. emortuos, stipulas, *etc.*

Stipes siccus, rigidus, utrumque parum incrassatus, basi subpilosus. Lamell. juniorum albae, sub maturitatem fuscae, omnes longitudine fere aequales. Pileus siccus, forma mutabilis, primo globosus, dein applanatus, et saepius concavus, margine crenulato-angulatus. — Fungillus Michelii colore solummodo albo discrepare videtur.

* *Minores. Pileo piloso aut strigoso, albido-variegato, vel pallido, rufo, fuscescente, etc., squamuloso aut farinaceo, glabro.*

253. *tricholoma*, solitarius subparvus, pileo carnoso-membranaceo planiusculo nitente-albo, pilis appressis hirto, margine ciliato, lamellis confertis subdecurrentibus, ex argillaceo fuscescentibus, stipite tenui squamuloso albicante. *Conspect. fung. p.* 188. *Fries Syst.* 1. *p.* 270.

Crescit in Lusatiae et Sueciae nemorosis

et montosis gramineis muscosisve, ac secus margines sylvarum. Stipes unc. 1 et ultra longus; lin. 1 crassus, sat firmus. Pileus semuncialis fere, tenuis, sed non fragilis, demum depressus, lamellis hinc decurrentibus. Pilei cilia marginalia, ac stipitis squamulae, tandem oblitterantur. *Consp.*

254. *strigosus*, pileo carnoso subdepresso sericeo, margine strigoso, lamellis confertis albidis, stipite farcto villoso albo. *Fries l. c.* (Ag. strigiceps).

In Sueciae fagetis, inter folia, sparsim crescit. Stipes firmus, $1\frac{1}{2}$-2 unc. longus, 2 lin. crassus, junior praesertim villosus. Pileus convexus, dein explanatus, pilis longis strigosis hinc inde rufescens, junior ad marginem pilis deflexis eleganter ciliato. *Fr.* An a priore satis diversus? etiam sequenti valde affinis videtur.

* *eriocephalus*, pileo semiorbiculari ex albido rutilante, margine lanato, lamellis angustis arcuatis subumbrinis, stipite gracili longissimo subtomentoso albo. *Bull. Hist. d. Champ. p.* 517. *t.* 576. *f.* 1. (A. gnaphaliocephalus). *Decand. Flor. Gall.* 2. *p.* 174.

Terrestris, plerumque solitarius. Pileus dein subdepressus, margine lanatus aut subciliatus, adultus fere glaber, colore subalbidus, aut e fuligineo rutilans, 2-3 unc. latus. *l. c.*

255. *caulicinalis*, gregarius parvus, pileo sicco planiusculo albido, zonis discoloribus, squa-

mis pilosis radiantibus, lamellis sub adnexo albidis, stipite tomentoso spadiceo.

A. *caulicinalis*, stipite pleno nudo rigido, basi lanato, pileo lineolis ferrugineis picto, lamellis falcatis liberis. *Bull.* (*Vent.*) *l. c. p.* 545. *t.* 522. *f.* 1.

A. *scabellus*, parvus siccus, pileo membranaceo planiusculo subzonato albido, pilis rufis obtecto, disco rufescente, subpapillato, demum depresso, lamell. albidis liberis, stipite striatulo furfuraceo-squamuloso rufo-badio. *Consp. fung. p.* 189. *t.* 9. *f.* 6. *Fries l. c. p.* 259.

Pulchella species medio autumno ad ramulos exsiccatos, passim ad culmos aridos in dumetis, invenitur, verum minus communis. Junior villosa spadicea. Stipes tenuis, ultra unc. longus, lin. 1 crassus. Pileus 2-4 lin. latus, squamis demum concentricis. Lamel. etiam pallidae.

256. *circellatus*, parvus albidus, pileo applanato zonato sericeo-villoso, umbone fuscescente, lamellis latis undulatis, stipite coriaceo villoso albicante.

Bulla pileolo circellato. *Battar. p.* 59. *t.* 28. *f. V.*

Autumno in sylvis Majani. Stipes cavus interne sericosus (basi incrassatus, 2 unc. altus, vix lin. crassus). Pileolus sulcos (lamellas) habet albos, profundos, undulatos, et deorsum gibbos; superne acumine (umbone?) fusco do-

natus, circa marginem circellum elevatum veluti funiculum circumpositum habet. *Bat.*

257. *petiginosus*, parvus, pileo subcarnoso convexo rufo-fuscescente cano-sericeo, lamellis liberis ciliatis flavis, stipite farcto, rufo-pulverulento. *Fries*, *l. c.*

Agaricus rufipes. *Ic. et Descr. fung. Fasc.* 1. *p.* 4. *t.* 1. *f.* 5. *ex D. Fries.*

Gregarius, pulcher. Stipes deorsum albido-villosus, fuscescens, etiam testaceus, 1½ unc. longus, vix lin. 1 crassus. Lamell., in fungo juniore, subadnexae, ventricosae, demum spadiceae. Pileus ½ unc. latus, deinde rimosus, subinde umbonatus. In sylvis ad terram nudam, non infrequens. *Fr.*

258. *siparius*, rufo-ferrugineus, pileo subcarnoso obtuso stipiteque farcto villoso-squamoso, lamellis adnatis latis, margine villosis. *Fries p.* 261.

In Suecia, in stipitibus Polypod. Filic. Foem. locis humidis, perraro adest. Gregarius. Pileus 3-5 lin. latus, convexus dein planus. Lam. quaternae, subdistantes.

259. *pannosus*, pileo submembranaceo fuscescente, pilis albis sericeo, lamellis adnexis ventricosis, stipite glabriusculo pallidiore. *Fries*, *l. c.*

"Ad terram humosam, locis udis umbrosis, Aug. — Sept. Gregarius, pusillus, et elegans. Stipes uncialis, tenuis, sub lente fibril-

losus. Lamel. distantes, paucae inaequales, pil. concolores, facile secedentes. Pileus convexo-planus, plerumque umbonatus, tener, 3-4 lin. latus."

260. *graminicola*, pileo convexo papillato sericeo-fuscescente, lamellis adnexis pallidioribus, stipite tenui hirsuto. *Fries l. c. Nees Syst.* 2. *p.* 50. *t.* 23. *f.* 186.

Crescit, in Germania, ad culmos aridos autumno. Sparsus, solitarius. Stipes filiformis, unc. 1 longus, basi villo adnatus. Pileus 2-3 lin. latus, siccus. Lamel. distantes.

261. *segestrius*, cespitosus et solitarius, pileo subcarnoso subdepresso sericeo, sicco alutaceo, lamellis adnatis dilute cinnamomeis, stipite fistuloso fibrilloso. *Fries p.* 262.

Ad ramenta lignea, passim. Stipes basi byssoideus, flexuosus, 1-2 unc. longus, lin. 1 crassus. Pileus non squamosus, ½-1 unc. latus. Lamel. confertae.

262. *escharioides*, gregarius et cespitosus, pileo subcarnoso obtuso squamuloso pallido, lamellis adnexis latis alutaceo-pallidis, stipite fistuloso, apice glabro. *Fries l. c. p.* 260. *Ejusd. Obs. Mycol.* 2. *p.* 131.

Cresc. in Suecia, ad terram humosam, locis umbrosis humidis. Sept. — Nov. Totus pallidus. Pileus e convexo explanatus, ½ unc. circiter latus. Lamel. primo subdecurrentes, dein

secedunt; in *var.* quadam emarginatae, stipite tunc fuscescente. *l. c.*

263. *polius*, solitarius pumilus, pileo subcampanulato papillato cavo-pubescente, lamellis liberis, stipite cavo tenui badio rufo subfarinaceo.

Rarius inter muscos in sylvis occurrit. Stipes unc. 1 et aliquas lineas longus. Lamel. latiusculae, subfarinaceae. Pileus 3 unc. fere latus.

264. *muscophilus*, pusillus, pileo subcarnoso-membranaceo subsericeo-pallido, lamellis lanceolatis toto-adnexis laete cinnamomeis, stipite breviusculo subfurfuraceo, dilute pallido.

Rarissime mihi obvius in sylvis umbrosis inter muscos. Agarico *pumilo*, quoad colorem et magnitudinem similis, sed pileo dein planiusculo subvilloso, stipite breviore, nec non loco natali differt.

265. *conspersus*, gregarius parvus, pileo subcarnoso hemisphaerico, deinde planiusculo, rufescente, stipiteque furfuraceo-squamulosis, lamellis adnexis cinnamomeis. *Syn. fung.* *p.* 318. *Ic. et Descr. fung.* *p.* 50. *t.* 12. *f.* 3.

A. *conspersus*, pileo subcarnoso furfuraceo-squamuloso rufo-cinnamomeo, lamellis emarginatis linearibus cinnamomeis; stipite apice squamuloso. *Fries Syst.* 1. *p.* 261.

Meum fungum inveni in agris et ad eorum margines, qui a D. Fries repertus est in sylvis humi-

humidis, graminosis, sphagnosis. Ab eodem auctore etiam, locis limosis, observata est varietas: *uliginosus*, pileo umbonato squamoso fusco-rubescente, stipite longo torto, basi albo-tomentoso. *In Conspect. fung. p.* 166. memoratur altera varietas, tota *ochracea*, lamellis exceptis cinnamomeis emarginato-subliberis, innascens muscis, pinorum acubus, etc.

266. *furfuraceus*, gregarius parvulus, pileo subcarnoso, dein umbilicato, canescente-helvelo, squamulis subfarinaceis, lamellis subdecurrentibus cinnamomeis, stipite subrigido furfuraceo. *Syn. fung. p.* 262. *Fries p.* 262. *Schaeff. t.* 226.

In sylvis inter muscos etiam ad terram, et in foliis emortuis. Stipes 1-2 unc. longus, rigidus, fistulosus. Pileus ½-1 unc. latus, expallens, junior convexus, obtusus, interdum substriatus.

267. *stigmaeus*, pileo subcarnoso, primo campanulato, dein expanso rufo, squamulis punctiformibus, lamellis confertis subrufis, stipite tenui rigido albido. — *Battarr. p.* 57. *t.* 28. *F. G.*

Circa Sabinianum ad Flumicini ripas vulgaris prostat. Stipes cavus, 1½ unc. altus, lin. 1 crassus. Pileus tomentosus; unc. 1 latus, umbonatus?

268. *dispersus*, pusillus, terrestris, distante-gregarius, pileolo hemisphaerico planiusculo

sericeo lutescente, lamellis subdentatim decurrentibus dilute croceis, stipite subbrevi farinaceo-fibrilloso albicante.

Quotannis pulchellam hanc speciem in viridario quodam autumno, sub arboribus, in terra humosa, late dispersam reperio. Pileus, plus minusve, lin. 1 latus, lamellae laete lutescunt, toto adnexae. Stipes fere uncialis, villo albo terrae adnatus, pallescens. — *Bull. Tab.* 560. *f. l.* habitum, magnitudinem parum et colorem sat bene exprimit; sed pileus in fungillo nostro non umbonatus est, nec margine striatus, neque lamell. liberae et albae sunt.

269. *umbrinellus*, subgregarius pumilus, pileo campanulato papillato subtomentoso obscure umbrino, lamellis crassiusculis adscendentibus subliberis lutescentibus, stipite cavo subpulverulento-fibrilloso fuliginoso.

In sylvis ad terram, locis apertis repertus a D. Léveillé. Stipes vix unc. longus, basi subincrassatus ibique subhirsutus, filiformis. Lamel. oblanceolatae, parum adnatae. Pileus 2-3 lin. latus, obtusus, substantia carnoso-succulenta.

Obs. Sequentes species, ob magnam affinitatem cum praecedentibus, etiam huc transtuli, quamvis pileum habeant glabrum seu tomento vel squamulis nudatum. Omnes quoque ferme terrestres, lutescentes et pumilae sunt.

Epigaei. Pileo glabro.

270. *pumilus*, subsolitarius, pileo subcarnoso hemisphaerico lutescente-ochraceo glabro, lamellis latis adnatis cinnamomeis, stipite cavo tenui pileo concolore. *Syn. fung. p.* 316. *Schaeff. t.* 203. (A. pusillus, non obstat.)

β. A. *semiorbicularis*, stipite fistuloso nudo excorticabili, pileo limacino (?) hemisphaerico nec striato, lamellis latissimis liberis. *Bull.* — *Vent. Hist. d. Champ. p.* 467. *t.* 422. *f.* 1.?

Non raro (*α*) occurrit in viis graminosis sub arboribus, aut ad agrorum versuras, aestate et autumno. Stipes 1-1½ unc. longus, 1-2 lin. crassus. Lamell. 2-3 lin. latae, planae, demum obscure, fere badiae, pulvere copioso adspersae. Pileus 3-5 lin. latus, obtusus, tenuis.

In Opere Bulliardi citato de A. *semiorbiculari* (pumilo solummodo paullo majore) dicitur: In pascuis sylvas circumdantibus, frequentissimus. Stipes veluti e duabus tubis, uno alterum includente, compositus. Pileus laevis, nitidus, veluti vernicosus (hinc non glutinosus), semiorbicularis. Lamel. latissimae, demum fuligineo-ferrugineae, seminibus rufidis seu aureis nitidis, refertae.

* *phaeosporus*, solitarius parvus, pileo subcarnoso hemisphaerico laevi crustalino, lamellis toto adnexis latissimis planis aquo-cinnamomeis, pulvere copioso badio refertis, stipite brevi albicante-pallido.

Rarissime in sylvis, aut ad earum margi nes crescit, forma indutus valde regulari. La mel. confertae, tenues, totam pilei cavitaten explent. Pileus fere ecarnis. Sapor substypti cus. Cum antecedente etiam *Pratellis* affinis vi detur.

271. *rufidus*, gregarius ligneo-rutilans, magni tudine mediocris, pileo convexo-plano gla bro, lamellis subdecurrentibus, stipite bre viusculo, basi albo-tomentoso, radiculis fi brillosis densis.

In sylvis ad terram. Stipes unc. 1½ fere longus, 2-3 lin. crassus, minutissime squamu losus, tomento fibrillisque terrae arcte affixus Lamell. latiusculae. Pileus 1½ unc. latus, me dio carnosus, in ambitu ecarnis. Sapor ingra tus, parum virosus.

272. *laevis*, pumilus, pileo suborbiculari plano stipiteque subelongato tenui glabris ferrugi neis, lamellis latis, toto adnexis crassiusculis cinnamomeis. *Tab. XXV. f.* 1.

Rarius, prope Parisios, ad terram nascitur Stipes unc. 1½ fere altus, sed tenuis, aequalis Lamellae distinctae. Pileus 4 lin. latus. Differt ab A. *farinaceo* defectu pulveris adspersi.

273. *vervacti*, pileo subcarnoso fragili laevi lu teo, lamellis adnatis subferrugineis, stipite glabro albo. *Fries Syst.* 1. *p.* 263.

In arvis et aggeribus prope Lund, in Sue cia inventus. Gregarius. Pileus convexus, mo

planus, obtusus, uncialis, carne alba. Lamel. latae, subdecurrentes.

274. *pusillus*, pileo submembranaceo laevi luteo, lamellis adnatis planis confertis, stipite fistuloso flavo. *Fries l. c. p.* 264.

In versuris graminosis. Pusillus, pulcher. Stipes tenax, glaber. Pil. 4 - 6 lin. latus, hemisphaericus, subhumidus; variat viridi flavus. Lamel. latae, aquose cinnamomeae. *Fr.* An Mycena?

275. *inquilinus*, pileo subcarnoso laevi subtestaceo, lamellis subdecurrentibus, ferrugineis, demum fuscis, stipite brevi tenace spadiceo. *Fries l. c. p.* 264.

"Ad terram stipites, ligna in Suecia. Gregarius. Stipes fibrillosus, deorsum attenuatus. Pileus subumbonatus, 3 - 6 lin. latus, colore pallescente, aut obscuriore, varius. Lamel. ad stipitem latissimae."

Epixyli. Pileo glabro.

276. *amadelphus*, gregarius parvus, pileo subcarnoso glabro planiusculo rufescente, ambitu dilutiore, lamellis toto adnexis pallidis, stipite brevi farcto subfibrilloso.

A. *amadelphus*, exiguus, stipite pleno nudo, basi lanato, brevi; pileo semiorbiculari depresso; lamellis curvilineis arcuatis dentatis. *Bull.* — *Vent. Hist. d. Champ. p.* 537. *t.* 550. *f.* 3.

Rarius ad truncos crescit. Stipes pileo con-

color, unc. 1 fere altus. Pileus uncialis fere; satis carnosa.

β? *epicladus*, dimidio minor, pileo orbiculari lutescente, lamellis albido-pallentibus, stipite brevi, deorsum farinaceo-squamuloso, basi subferrugineo.

Semel mihi obvius ad basin trunci caesi, muscis obtecti. Pulchellus gregarius. Pileus 2 lin. fere latus, convexus, laevis, carnosulus. Stipes 3-4 lin. altus, vix lin. crassus albido-pallens, et uti in Agarico *raineali*, cujus forsitan subspecies est, furfuraceus; sed quoad pilei colorem et habitationem, A. amadelpho congruit.

277. *horizontalis*, minimus, stipite gracili pleno nudo brevissimo subhorizontali; pileo semiorbiculari, lateritio ferrugineo; lamellis subsemilunatis liberis. *Bull.* — *Vent. Hist. d. Champ. p.* 573. *t.* 324. *Sowerb. t.* 341.

In sylvis pomariisque habitat. — A. Sowerb. in vetustis Ulmi campestris caudiculis repertus. Secundum hujus iconem, pileus est convexus, hemisphaericus. Lamellae rotundato-adnexae. Stipes incurvus glaber, ½ unc. longus, lin. 1 fere crassus. Pileus dimidiam unc. latus.

*****. *Pileo carnoso convexo (non infundibuliformi), colore vario (excepto albo), lamellis plerumque adnexis, sed non decurrentibus, incoloratis, stipite subbrevi valido, non velato.*

Obs. Hujus divisionis species plerumque terrestres sunt, majusculae, uniformes (ratione stipitis ad

pileum), glabrae, saepius tamen plus minusve squamosae, aut fibrillosae. Nonnullae cortina spuria, aut cito evanescente donatae, sed ob conformationem huc relatae. Sporulae in multis albae.

* *Pileo pallescente, lutescente, flavo - aut luride virescente, fusco, umbrino, rarius rubello.*

278. *aeneus*, magnus subcespitosus, pileo campanulato fusco-aeneo, lamellis latissimis rotundato affixis griseo-pallidis, stipite farcto concolore, apice squamuloso. *Syn. fung. p.* 302. *Bull. p.* 620. *t.* 523. Ag. molybdocephalus.

"In sylvis frequens recedente autumno: (a me nunquam repertus). Stipes crassus, subaequalis, ferrugineo-fuligineus et fusco-lineatus, 3-5 unc. altus, 1-2 crassus. Pileus 3-6 unc. latus. Caro tenuis, firma, fragilis, nivea. Lamel. latissimae, crassae, fuligineo-cinereae. *Vent. l. c.* Forma Lactiflui cujusdam."

279. *acerbus*, pileo carnoso alutaceo, margine ab initio involuto lineato tomentoso, demum laevi expanso, lamellis confertis albis, basi simplicibus, stipite solido fibrilloso-squamuloso.

A. *acerbus*, stipite crasso pleno nudo, apice squamuloso; pileo semiorbiculari, margine involuto; lamellis numerosissimis, falcatis, apice arcuatis et subalamistratis. *Bull.* — *Vent. Hist. d. Champ. p.* 603. *t.* 571. *f.* 2.

Hab. in Gallia; rarius occurrit prope Parisios. Forma, magnitudine, parum et colore

cum Ag. *involuto* censentit, sed notis essentialibus recedit, pileo enim in valde adultis, quidem depresso, sed non infundibuliformi, lamellis basi prope stipitem simplicibus non poriformibus, nec decurrentibus, tandem stipite squamuloso (non maculato-punctato uti in Bulliardi icone), interdum fibrillis quasi reticulatis obtecto. Substantia pilei est compacta alba, stipitis fibroso-fasciculato. Sapor equidem non acerbus *ex gr.* fructuum immaturorum, sed tamen fastidibilis.

280. *repandus*, submagnus, pileo carnoso late umbonato fibrilloso-squamoso subinciso repando armeniaco, lamellis subangustis rotundato-affixis ex livido subfuscis, stipite sublongo solido albicante. *Syn. fung. p.* 329. *Bull. Hist. p.* 586. *t.* 423. *f.* 2. *et t.* 579. *f.* 1. et Agaricus sinuatus Ejusd.

Apparet jam tempestive post primas imbres in sylvis, sed admodum rara est haec species satis pulchra et ponderosa. Stipes 4 unc. fere longus, ½ crassus. Lamell. vix 2 lin. latae, colore griseo-cervinae. Pileus campanulatus, obtusus demum expansus, superficie rimulosus, disco carnosus, carne compacta. Odor nullus aut parum nauseosus. Sapor adstringens.

β. repandus, pileo leviter carnoso lutescente, margine infracto flexuoso, lamellis liberis pallidis, stipite longo solido, apice fibroso squamoso. *Fries Syst.* 1. *p.* 255.

In Sueciae pinetis ericetosis. Pileus, praesertim disco, carnosus, campanulatus, irregularis rimosus, sericeus. Lamel. semilanceolatae, 2-3 lin. latae. *l. c.*

281. *sinuatus*, amplus, pileo glabro lutescente, lamellis leviter adnexis latissimis rufescentibus, stipite solido aequali candido. *Fries l. c. p.* 197. (exclus. Synon.)

Prostat in sylvis humosis. Speciosus, odore fere Sacchari adusti. Stipes validus 3-5 unc. longus, durus, subfibrillosus. Lamel. cinnamomeo-vel gilvo-rufescentes. Pileus expansus, obsolete umbonatus, demum depressus, ultra 6 unc. latus. *Fr.*

282. *flexuosus*, solitarius subviscosus, pileo carnoso convexo alutaceo-luteo, disco ferrugineo, margine sulcato-tuberculoso repando, inciso-lobato, lamellis subdecurrentibus ochraceo-cinnamomeis, stipite longo crasso albido-livido. *Schum. Saelland. p.* 321. *Flor. Dan. t.* 1497. (A. repandus). Ag. flexuosus. *Wither. Arrang. p.* 174.

In Daniae pinetis graminosis. Quoad iconem species est pulchra et magna. Stipes 4½ unc. longus, ultra unc. 1 crassus. Pileus 3-5 unc. latus, carne dilute ochracea. Lamel. laxae, repandae. *S.*

283. *grandis*, solitarius magnus, pileo obtuse umbonato pallescente, disco sublateritio, la-

mellis subadnexis subconcoloribus, stipite longissimo albido. *Syn. fung. p.* 329.

In Germaniae fagetis rarissime. Stipes solidus, 6-7 unc. longus, et 1 unc. fere crassus. Lamell. emarginato adnexae, 3-4 lin. latae, etiam incarnato-pallidae. Pileus mammosus, non sinuatus, aequalis, 3-4 unc. latus, glaber, compactus. Sapor subvirosus.

* *megalus*, maximus, pileo carnoso dilatato; disco convexo, lutescente glabro, lamellis confertis liberis albis, stipite longo subcrasso, basi tumido.

In strue quadam lignorum ad focum destinatorum repertus est a D. Cordier.

In specimine mecum communicato stipes longitudine fuit spithamaea et ultra, unc. 1 crassus, compactus. Lamellae tenues, densae, prope stipitem rotundatae. Pileus latitudine bipalmari, sed fragilis, substantia molli, fragili, sapore subadstringente.

284. *elatus*, caespitosus submagnus, pileo campanulato, disco subcarnoso, margine plicato, sordide ochraceo, lamellis latiusculis fuscescentibus, stipite longissimo fibrilloso-squamuloso. *Syn. fung. p.* 332. *Batsch. El. fung. Cont.* 2. *p.* 11. *t.* 32. *f.* 188. *Fries p.* 248.

In Germaniae et Sueciae pinetis sat frequens occurrit; etiam rarius prope Parisios obvenit in quercetis. Stipes subsolidus, fere spithamaeus. Lamel. primo ex albido subincarnatae, dein pul-

vere copioso subcinnamomeo obtectae. Pileus ab initio subglobosus, humidus subviscosus, 2-3 unc. latus.

β? *longicaudis*, pileo subcarnoso planiusculo subviscoso alutaceo, lamellis confertis argillaceis subliberis, stipite longissimo albicante. *Syn. fung. l. c.*

In Germaniae et Sueciae ericetosis nec non pinetis montosis. Stipes aequalis, 4 unc. longus, 3 lin. fere crassus. Lamel. vix adnexae, punctatae. Pileus mollis, 1½ unc. latus. — In duobus his fungis nullum velum manifestum observavi.

285. *populneus*, pileo carnoso hemisphaerico gilvo, margine involuto villoso albicante-pallido, lamellis adnatis spadiceis, stipite subfibrilloso longissimo nitente-albido. †

Prope Turinum repertus ad Popul. abscissarum radices et truncos, quibus firmiter adhaeret. In specimine sicco transmisso, stipes 6 unc. erat longus, ½ fere crassus, solidus, apice, lamel. concolor forsitan a sporulis deciduis, Pileus 1-2 unc. latus, valde rugosus (exsiccatione?), ceterum nitore insignis.

286. *frumentaceus*, farinam frumenti redolens, stipite crasso pleno laevi albicante aut ferrugineo-maculato, pileo semiorbiculari, dein campanulate maculato, lamellis raris falcatis griseis. *Bull.* — *Vent. Hist. p.* 602. *t.* 571.

In sylvis ad terram frequens (?). Hujus

individua ut plurimum caespitosa et circinnato dispositа, seu in tractus flexuosos producta. Stipes basi tumescens, subcinereo albescens 2 unc. fere crassus, 3-4 unc. altus. Pileus cavus, modo griseus, modo lineolis ferrugineis pictus, etiam aliquando roseo-vinosus, 4 unc. latus. Caro crassa, firma, nivea. Lamell. primum subalbidae. A. sequente praecipue distinguitur odore. *Vent. l. c.*

287. *fastibilis*, gregarius variabilis, pileo carnoso convexo subrepando rufescente- et alutaceo-pallido, lamellis confertis subrotundato-adnexis ex argillaceo aquose cinnamomeis, stipite farcto albicante subfurfuraceo. *Syn. fung. p.* 326. *Obs. Mycol.* 1. *p.* 10. *Conspect. fung. p.* 171. *Fries Syst.* 1. *p.* 249.

Agaricus *crustuliniformis* Bull. hist. p. 589. t. 308. et 546. A. *gilvus* et *punctatus*. Schaeff. t. 221. et 40. A. *ceraceus*, *lateritius*, *subtestaceus?* et *clavus?* Batsch. El. t. . f. 195, 198 et 199. Ag. *graveolens*. Sowerb. t. 281. var.?

Sub finem aestatis et autumno frequens adest in sylvis variis, sed mire, praesertim colore, mutabilis, sapore et odore forti nauseoso exceptis, quo mox distinguitur. Pro loco sicco, fertili aut umbroso, etiam magnitudine et colore dilutiore, aliquando fere albido, differt, hinc quoque subviscosus, humidus vel siccus est. Pileus satis carnosus, obtusus disco obscurior. Lamellae angulo acuto stipiti adnatae, te-

nues, margine subfarinaceae, aliquando subdecurrentes et guttulas stillantes. Stipes, qui plerumque 2-3 unc. longus, et 3-4 lin. crassus, interdum bulbosus est, et rarius cortina cinctus.

Obs. Plures varietates, forte subspecies, in *Syn. fung. et in Obs. Mycol. l. c.*, nec non in *Conspectu fung.* et apud D. Fries commemoratae sunt, quas non repetere vellem; sequens tamen, utpote constans, adnotari meretur, et species propria verisimile est.

* *mesophaeus*, gregarius minor, pileo subtenui umbonato applanato subviscoso livide rufescente, umbone obscuriore, lamellis adnexis, primo albidis, dein argillaceis aut aquose cinnamomeis, stipite tenui subelongato fibrilloso cortinato.

Frequens his in regionibus sub pinubus, in dumetis, passim quoque in quercetis occurrit, sed serior quam antecedens. Sapore fastibili antecedentis est. Pileus fragilis, fere ecarnis, 1½ unc. latus, disco rufo-fusco peculiaris. Lamel. subventricosae, 3 lin. latae. Stipes 2-3 unc. longus, 2-3 lin. crassus, aequalis, albido-pallescens. Cortina tenuis, subcinnamomea.

Obs. Secundum ill. Sprengel, in Linn. Syst. veg. Ed. XVI. p. 460., Ag. *vibratilis* Fries Syst. 1. p. 226. mera A. *fastibilis* est *var.*, et Ejusd. A. *saginus* p. 226. non equidem valde distat; sed velo gaudet *viscoso*, tenui, *fugacissimo*, carac-

tere equidem haud magni momenti aestumando, in fungo alioquin prateo.

288. *arcuatus*, subgregarius, pileo carnoso compacto convexo subdepressoque inaequali-undulato, e pallido subrufescente, lamellis confertis attenuato-adnexis albis, stipite compacto solido subfibrilloso.

A. *arcuatus*, stipite crasso pleno, pileo semiorbiculari fuligineo, lamellis liberis falcatis arcuatis stramineis. *Bull. — Vent. Hist. d. Champ. p.* 595. *t.* 443. *et t.* 589. *f.* 1.?

Specimina hujus fungi in sylvis et pascuis a me reperta, magis iconem Bulliardi quam descriptionem Ventenatii adaequant. Stipes 1½ unc. longus, ½ fere crassus, primo albicans. Lamellae arcuatae, truncato-emarginatae. Pileus 2½ unc. latus, undulato-flexuosus, subnitens, laevis. Odor subfortis. Sapor amaricans.

289. *rutilans*, pileo carnoso planiusculo flavido, maculis rubellis ad marginem utplurimum picto, lamellis pallidis, stipite longo solido, deorsum incrassato. *Syn. fung. p.* 320. *Schaeff. t.* 218.

A. *xerampelinus* Sowerb. t. 31. A. *variegatus* Schum. Saelland. p. 294.

β. A. *rutilans*, pileo obtuso sicco flavo, villo squamuloso rubello tecto, lamellis liberis confertis rotundatis luteis, stipite farcto variegato. *Fries Syst.* 1. *p.* 41. (exclus. Battar.)

In Germaniae, Angliae et Sueciae sylvis ad

terram, aut ad basin truncorum caesorum crescit, speciosa haec species. Stipes 3 unc. fere longus, maculis seu squamulis pictis, pileo concolor. Pileus obtuse umbonatus, rugulosus et in β. junior purpureus, deinde, villo secedente flavicans. Lamellae confertae, adnatae.

290. *rufus*, gregarius aut subcaespitosus, pileo carnoso convexo opaco scabro rutilo, margine subinvoluto albicante, lamellis confertis subemarginato - adnexis albidis, stipite breviusculo subcrasso concolore.

Circa Parisios in sylvis, Octob., inveni hunc fungum, sequentibus forsitan nimis affinem, ut tanquam species salutetur. Pileus valde carnosus, 2½ unc. latus, disco pallidior, superficie ad visum scaber apparet, substantia dura et firma, sapore non ingrata. Stipes solidus, basi cohaerens, ad tactum, uti lamellae, rufescit.

291. *albobrunneus*, gregarius, pileo carnoso subviscoso badio, lamellis adnexis candidis, stipite farcto, pileo concolore, apice albido. *Syn. fung. p.* 293. *Fries. p.* 37.

Agaricus *glutinosus* Bull. t. 587. f. 1. A. *striatus.* Schaeff. t. 38.

In sylvis, supra folia, sed satis rarus. Ad majores pertinet. Stipes subtumidus, dein cavus, 3 unc. fere longus. Lamell. subdentatim decurrunt. Pileus mammosus, 3 unc. latus, rufo-umbrinus. Sapor amarus uti in omnibus

affinibus mihi visus; sed Dr. Fries in suis *Observ. Mycol.* 2. p. 119. dicit: sapor non ingratus, ut esculentum crederem.

Obs. Sequentes varietates, notatu dignos, observavi.

β. *dispar*, pileo carnoso subviscoso umbonato brunneo, lamellis emarginato-adnexis, stipiteque subbrevi duro albido-lutescentibus.

Stipes elasticus, rectus aut parum incurvus, tenuiter squamulosus, lamellis, nec pileo concolor. Lamel. tenues, passim maculatae. Pileus 3 unc. fere latus, tandem planiusculus, obtuse umbonatus. Cortina, uti in priore, omnino nulla.

γ. *rufobrunneus*, magnus, pileo applanato rufobrunneo, lamellis abrupto-adnexis candidis, stipite solido subradicato albido, deorsum subrufescente.

Odor subfortis. Sapor adstringenti-amaricans. Pileus subniteus, latus. Lamel. tenues, 4 lin. fere latae. Stipes subfibrillosus.

γ. *dubius*, pileo hemisphaerico glabro brunneo, lamellis planis confertis dentatim adnexis lutescentibus, stipite fibrilloso fuscescente, intus flavido.

In sylvaticis raro; habitu omnino A. *sulphurei*, sed colore et sapore amarulento antecedentium. Odor fortis, virosus. Pileus non viscosus, opacus, late umbonatus, 2½ unc. latus. Lamel. juniorum emarginato-adnexae, in adul-

ti

tis sublineatim decurrunt. Stipes 3 unc. longus, 2-3 lin. crassus, sordide fuscescens, apice lutescens, sub lente visus, squamulis minutissimis aut fibrillatis vestitus.

292. *flavobrunneus*, pileo carnoso planiusculo rufo-fulvo, dein obscuriore, sicco glabro, lamel. subadnatis flavis, stipite cavo aequali glabro. *Fries Obs. Mycol.* 1. *p.* 119. A. *incertus.* Schaeff. t. 62.

A. *fulvus*, pileo viscoso virgato rufofulvo discoideo, lamellis adnexis flavis, stipite cavo aequali fibrilloso. *Fries Syst. p.* 37.

Agaricus fulvus. *Bull. Hist. p.* 608 *et* 609. *t.* 555. *f.* 2. *t.* 574. *f.* 1.?

Agaricus trichopus, var. *virgatus. Consp. fung. p.* 163. ex Fries.

"In dumetis, et sylvis humidis, frequens. Odor farinae recentis. Pileus subsquamulosus, passim late umbonatus. Stipes 3-4 unc. longus, rufescens, intus flavus. Lamel. latae, saepius rufo-maculatae." Fr. — Pileus convexus, late umbonatus, demum planiusculus, rufobrunneus, et utplurimum nigro-virgatus. Lamel. demum rufescentes. Stipes firmus, pileo subconcolor, basi albo-tomentosus. *Consp.*

293. *nictitans*, pileo laevi subviscoso badio-rufo, lamellis liberis flavis, stipite solido aequali glabro, apice squamuloso. *Fries l. c. p.* 38.

In Sueciae ericetis, sub Betulis, raro. Sti-

pes albido-flavescens, 2-3 unc. longus, ½ crassus. Pileus subtenuis, obtusus; 2 unc. latus. Lamel. immaculatae, 4 lin. latae. Sapor mitis. *l. c.*

294. *pessundatus*, gregarius, pileo compacto repando viscoso rufescente, lamellis liberis stipiteque solido brevi villoso-squamoso albis. *Fries*, *l. c.* ✝

In Sueciae pinetis aridis, passim. Odor farinaceus. Stipes bulbiformis, raro productus, unc. 1 crassus et latus. Pileus junior infractus, dein convexus, undulatus, subinde granulatus et inquinatus, 3 unc. longus. Lamel. perangustae, albae. *Fr.*

295. *granulatus*, sparsus, pileo planiusculo granulato-squamuloso cinereo-livido, disco umbrino, lamellis distantibus candidis, stipite farcto aequali fibrilloso albido-fuscescente. *Fries l. c. p.* 39. (A. maculatus). A. *granulatus*. Schaeff. t. 21.

In Germaniae et Sueciae quercetis, non frequens. Pileus glaber, humidus viscosus? 3-4 unc. latus. Lamel. subadnatae, 2-3 lin. latae. Stipes demum cavus, 2-3 unc. longus, ultra dimidium crassus.

296. *Russula*, submagnus, pileo subdepresso viscoso granuloso stipiteque aequali apice squamuloso roseis, lamellis subliberis candidis. *Fries p.* 38. *Syn. fung. p.* 338. *Schaeff. t.* 58. Et Ejusd. t. 75. A. *roseus*, stipite elongato.

In sylvis, etiam rarior occurrit. *Russulam* mentitur, hinc Ag. *pectinatum*. Bull. t. 509. f. 2. huc pertinere suspicor, sed lamellae omnino inaequales sunt. Stipes roseo-ruber, apice villoso-pruinatus.

297. *luteo-virens*, subcaespitosus, pileo carnoso compacto subflexuoso pulverulento lutescente-viridi, lamellis angustis subliberis pallescentibus, stipite brevi squamuloso albo. *Consp. fung.* p. 168.

"Amat sylvas acerosas subsiccas. Pil. 2-3 unc. latus, subirregularis, saepe rimoso-tessellatus, margine subinvolutus alboque tomentosus. Stipes solidus, utplurimum brevissimus uncialis, obconicus."

298. *flavovirens*, pileo carnoso compacto flexuoso flavescente, squamulis nigrescentibus variegato, lamellis emarginatis dilutioribus, stipite sublongo, deorsum attenuato laevi concolore. *Syn. fung.* 1. *p.* 319. *Abbild. der Schwämme, 3tes Heft.* A. aureus. *Schaeff.* *t.* 41.

A. *equestris*, pileo pallido, disco luteo, lamellis sulphureis. *Linn. Flor. Suec. p.* 446. Ex D. Fries, sed descriptio parum convenit.

In Germaniae et Sueciae pinetis et fagetis, non valde rarus. Stipes etiam aequalis, subdurus, hinc inde flexuosus, 1-3 unc. longus. Pileus saepe difformis et depressus, non viscosus,

3 - 5 unc. latus, tempestate frigida virescens. Sapor mitis.

299. *chloroxanthus*, subcaespitosus, pileo carnoso hemisphaerico subdepresso obsolete squamoso, squamis lutescente-olivaceis, lamellis emarginato-affixis lutescente-cinnamomeis, stipite solido brevi fibrilloso.

In horto quodam eum ad terram, sed adhuc, una solummodo vice offendi: a 2 antecedentibus nihilominus diversum puto. Stipes 1½ longus, 3 lin. crassus. Lamellae latae, 3 lin. fere, sed tenues, turbidae. Pileus ad summum 1½ latus, in ambitu subecarnis, squamulis sparsis obsitus.

300. *chloroleucus*, subparvus regularis, pileo subcarnoso late umbonato flavo-viridi, squamulis sparsis aequalibus, lamellis confertis sordide albis, stipite subtenui aequali villoso-squamuloso lutescente. — *Battar. t.* 18. *f. A.*

In agrorum limitibus in quercetis lectus in Italia. Pedunculus oblongus, exilis, rigidus, cavus, villosus, sordide lutescens, (*ex ic.* 2½ unc. longus, 2-3 lin. crassus). Pileolus (2 unc. latus) inferne crebris sulcis (lamellis) foedo-albo tinctis munitus, superne flavo-viridis et villosus. *B.* — Squamae minutae modo regulari sunt dispositae.

301. *leucosanthus*, pileo carnoso obsolete umbonato pulchre flavo, pilis appressis nigrescentibus, lamellis distinctis emarginato-ad-

nexis, stipiteque glabro candidis. *Syn. fung. p.* 321. *Consp. p.* 167.

β. Agaricus sejunctus. *Sowerb. t.* 126. *Fries Syst.* 1. *p.* 47. (Forma rudi et colore minus laeto est, quam noster fungus).

In sylvaticis ericetosis, β. in pinetis siccis habitat. Stipes 2 unc. longus, ½ fere glaber (in fungo Sowerbeano ultra unc. crassus et lutescens). Lamellae fragiles, 2½ lin. latae, Pileus 2½ unc. latus, (secundum D. Fries, var. albus, pallescens). Sapor amarus, quoad Conspect. in Lusatia *mitis*.

* *holosanthus*, pileo subcarnoso campanulato subluteo, medio squamuloso, lamellis latis luteis, stipite subincurvo albicante. — *Batt. p.* 44. *t.* 19. *f. L.*

In sylvis Majani, autumno. Pedunculus rigidus, qui in fila sericea veluti scanditur, subalbidus. Sulci profundi, crebri et lutei. Corpus carnosum, pileoli fere nullum; cutis superior lutea, et circa acumen villosa. *Batt.*

Obs. Habitum Ag. *luridi* bene sistit, sed ab eo pileo ecarni, *cet.* differt.

302. *luridus*, subgregarius, pileo carnoso convexo virescente-subcinereo, disco obscuriore, lamellis angustis subcrassis lutescentibus, stipite solido squamuloso, pileo concolore. *Syn. fung. p.* 321. *Schaeff. t.* 69.

In sylvis frondosis (circa Parisios quoque non infrequens) et in ericetis adest. Magnitudine

est communi et forma regulari. Stipes 1½-2 unc. longus, unc. 1 fere crassus, aequalis aut deorsum parum incrassatus, durus, interdum cinerascens. Lamel. confertae, emarginato-adnatae, planae, 3 lin. latae, etiam albae, pallescunt. Pileus 1½ unc. latus, non viscosus.

Obs. Variat sequente modo. Pileus nunc est glaberrimus, fere nitens, nunc minutim squamulosus: squamulis nigricantibus, aut concoloribus. Lamel. albidae, etiam latae. Stipes nunc rectus, nunc incurvus, subinde flexuosus. Odor satis fortis, sed non ingratus, et sapor subamaricans, aut adstringens, etiam virosus.

303. *fucatus*, pileo flexuoso virgato viscido lurido, lamellis emarginatis latis, stipiteque solido subsquamuloso flavescente-albis. *Fries* *p.* 40.

In Sueciae pinetis siccis, et ad vias (sylvaticas?) arenosas, frequens, hinc globulis saepe inquinatus. Stipes difformis, bulbosus, raro elongatus. Pileus 2-3 unc. latus, margine tenuis. Lamel. 4 lin. latae, subconfertae. Sapor mitis. *l. c.* — Sapore miti et pileo viscoso ab antecedente solummodo differre videtur.

304. *atro-virens*, pileo tenui obscure viridi-olivaceo, squamulis minutis scabro, lamellis pallidis, stipite solido elongato nigricante-umbrino. *Syn. fung. p.* 319. †

Rarius in Germaniae fagetis repertus. Species parum dubia, cum ab aliis non reperta sit,

nec a me denuo visa. Habitu *luridi*, stipite modo longiore et pileo parum carnoso, nec non colore multo obscuriore ab eo discrepat.

* *prasinus*, pileo squamoso viscido luteo-viridi, lamellis liberis luteis, stipite solido crasso tuberoso. *Fries. Syst. p. 39. ad Schaeff. ic. t.* 218. *Comment. p.* 90.

In sylvis montosis muscosis in Germania.

Obs. Species quoque valde incerta, et praeter auctorem, et forte *Hall. Flor. Helv. p.* 177. a nullo recentiorum commemorata est. Secundum iconem, conformatione est *luridi*, sed stipes basi marginato-bulbosus pictus est, et pileus squamosus.

305. *flavorufus*, minor, pileo carnoso hemisphaerico subrepando flavorufo villoso, lamellis confertis latis, primo albis, dein flavicantibus, stipite subbrevi glabro candido.

Monomyces flavo-rufus. *Battar. p.* 41. *tab.* 15. *fig. F.*

In Italiae sylvis (in luco *delle Grazie*).

Obs. Hic fungus totum habitum Ag. *plutei* (forma communi) refert, ita ut verisimile pateat, eum cum hac specie in eadem divisione esse locandum; color quidem non obstat, nam A. *Leoninus* etiam flavus est, sed autopsia hoc decidere debet.

306. *aurantius*, gregarius submagnus, pileo carnoso squamoso viscoso aurantio-flavo, lamellis confertis candidis, stipite solido squa-

moso, apice albido. *Syn. fung. pag.* 292. *Schaeff. t.* 37. *Fries p.* 39.

In Germaniae et Sueciae pinetis non infrequens, odore forti et sapore amaro, uti et colore, ac cortinae praesentia a consimilibus facile differt. Stipes transversim squamulosus, apice excepto, pileo concolor, crassus aequalis. Pileus ad tactum humidus, planiusculus, 2-3 unc. latus.

307. *vaccinus*, pileo carnoso umbonato piliso-squamoso rufo, lamellis adnatis albido-rutilis, stipite elongato fibrilloso rufo. *Syn. fung. p.* 293. *Schaeff. t.* 25. *Fries l. c. p.* 52.

Agaricus rufus. *Ic. et Descr. fung. Fasc.* 1. *p.* 6. *t.* 2. *f.* 1-4. A. impuber. *Batsch. El. cont.* 1. *p.* 155. *t.* 23. *f.* 6.? (mala).

Cresc. in montosis pinetosis, locis magis humentibus. Stipes 3-4 unc. longus, ½ crassus, cavus, subcortinatus. Lamel. latiusculae, emarginatae, juniorum albae, in vetustis saepe rufo-maculatae. Pileus subumbonatus, 2-3 unc. latus, carne spongiosa, amara.

* *imbricatus*, pileo sicco squamuloso umbrino-rufo, margine pallidiore pubescente, lamellis albido-rutilis, stipite farcto subsquamoso, apice albo-pulverulento. *Fries l. c. Ejusd. Obs.* 1. *p.* 27.

308. *decorus*, luteus, pileo carnoso explanato subdepresso, squamulis nigricantibus scabro,

lamellis confertis adnexis dein liberis, stipite aequali farcto. *Fries Syst. p.* 108.

Agaricus flavo-virens. *Ejusd. Obs. Mycol.* 1. *p.* 25. (ubi stipes *subfistulosus* describitur).

"In truncis cariosis Pini, in Smolandiae sylvis copiose. Aug. — Oct. Elegantia nulli cedit. Stipes variat fibrillosus, squamulosus et apice albo-farinaceus, demum cavus, 1-2 unc. longus, 2 lin. et ultra crassus incurvus. Pileus subfragilis, interdum irregularis, 2-5 unc. latus."

309. *ectypus*, gregarius, pileo carnoso plano-convexo sordide flavo, disco minute squamuloso, lamellis adnatis distantibus pallidis, stipite cavo fibrilloso, deorsum olivaceo-fusco. *Fries l. c. p.* 108 *et* 109. †

In pratis uliginosis circa Ferrojo, in Suecia, vulgaris dicitur. Singulari Naturae lusu, dicit autor. Ag. *melleum* (polymycen) exacte refert, modo differt squamis obsoletis, annuli vestigio nullo et odore aniseo, dein vero nauseoso (forsitan interea idem fungus). Stipes 2-5 unc. longus, 3-5 lin. crassus. Pileus dein subdepressus, filis tenerrimis, e centro radiatis, instar fuliginis conspersus, 3-4 unc. latus. Lamellae primo albae, dein pallescentes et rufo-maculatae e sporidiis copiosis subfarinaceae (uti in *melleo*).

310. *hordus*, subcespitosus, pileo fragili sicco virgato lurido, lamellis emarginatis latissimis

stipiteque farcto aequali candidis. *Fries l. c. p.* 47.

In nemorosis praecipue Scaniae. Valde affinis Ag. *sejuncto* Sow. Stipes validus, 3-6 unc. latus, glaber. Lamel. ventricosae. Pileus convexus, 3-4 unc. latus, opacus. Sapor mitis. *l. c.*

311. *felleus*, subsolitarius, pileo carnoso compacto planiusculo viscoso subspadiceo, lamellis confertis subdentatim decurrentibus albis, stipite elastico squamuloso, pileo concolore.

Non rarus, sero autumno, in sylvis circa Parisios, colore obscure brunneo, odore forti et sapore amarissimo insignis. Pileus glaber, obsolete umbonatus, 2½ unc. latus. Lamel. subangustae. Stipes aequalis, subexcavatus, induratus, 3 unc. longus, 3 lin. crassus.

312. *phaeochrous*, pileo carnoso flexuoso fusco-rufescente, fibrillis adpressis, lamellis subliberis, primo albidis, demum subrufescentibus, stipite solido squamuloso subalbicante.

In caldario supra pulverem coriarium repertus sub finem hyemis. Pileus 3 unc. et plus latus, in medio satis carnosus: carne compacta; sed in ambitu tenuis. Lamel. latitudine mediocri, sporulis albicantibus obtectae. Stipes compressus, 2 unc. longus, ½ crassus, radiculis densis fibrillosis. Sapor virosus.

313. *aestuans*, pileo umbonato sicco flavo-rufescente, versus marginem fibrilloso, lamel-

lis emarginatis luteis, stipite striato farcto concolore. *Fries Syst.* 1. *p.* 47.

In colliculosis muscosis sub abietibus densis, in Suecia, gregarie crescit. Elegans, sapore maxime urenti. Similis A. *sulphureo.* Lamellae fere liberae, ½ unc. latae. Pileus leviter carnosus, junior glandiformis, dein explanatus, fragilis, 3-4 unc. latus. Stipes subventricosus, 3 unc. longus, 3-6 lin. crassus, attenuatus. *Fr.*

314. *sulphureus*, subgregarius olens, pileo carnoso subumbinato flavescente (subinde rufescente) glabro, lamellis remotis emarginatis, sublineatim decurrentibus, stipite sublongo aequali sulphureo. *Syn. fung. p.* 322. *Bull. t.* 168. *Sowerb. t.* 44. (mediocris).

Autumno non infrequens in sylvis, praesertim arenosis. Pileus demum subdepressus, 3 unc. fere latus, interdum planus, nec umbonatus. Lamellae crassiusculae, subventricosae, distinctae. Odor subfortis, nauseosus, interdum non ingratus, a b. Sowerby cum Hyacintho comparatus. Sapor substypticus.

* *coronarius*, solitarius odoratus, pileo carnoso umbonato subrugoso alutaceo-pallido, aut dilute sulphureo, lamellis rotundato-adnexis latiusculis, stipite elongato albido subradicato. *Syn. l. c. p.* 323.

In pinetis hercynicis provenit. Odor sat suavis, fere ut in Philad. *coronario.* Antecedenti affinis, forte tamen distinguendus, ut spe-

cies. Fungus suecicus mihi ignotus, qui ex D. Fries, habet stipitem rigidum, apice subpruinatum, lamel. caudidas, fragilis, et pileum 1½-2 unc. latum, planum, intus album.

315. *cerinus*, gregarius flavo-cerinus opacus, pileo carnoso convexo-plano, glabro, lamellis confertis adnexis, stipite brevi solido glabro. *Syn. fung. p.* 321. *Fries l. c. p.* 89.

Hab. in Germaniae et Sueciae sylvis pineis. Magnitudine mediocris. Stipes sat firmus, substriatus, aequalis, aut deorsum attenuatus, demum saepius nigrescens, unc. 1 longus. Lamel. planae, angustae. Pileus 2 unc. fere latus, (variat fuscescens Fr.) carne alba amaricante. Sporulae albae.

316. *sebaceus*, parvulus subcaespitosus, pileo subcarnoso laeviter convexo, glabro, humido subcerino, sicco albido, lamellis distinctis albicantibus, stipite firmo concolore, basi villo denso connexo.

Repertus, Octobri, sub nonnullis arboribus acerosis in Viridario Monceau. Recens, aëre praesertim humido, sebo liquefacto, quoad colorem, non absimilis. Sapor fastidiosus, subadstringens. Stipes 1½ unc. longus, ultra lin. crassus. Lamel. subtenues, lin. 1 latae. Pileus unc. 1 paullo latior.

317. *Liquiritiae*, pileo carnoso convexo aureo glabro, lamellis confertis fulvo-cinnamomeis,

stipite cavo fibrilloso, pileo subconcolore. *Syn. fung. p.* 306.

Ad truncos pineos in Hercynia provenit. Stipes 1½ unc. longus, 2 lin. crassus. Pileus unc. 1 latus, disco saepe nitens. Sapor primo dulcis, dein amaricans. Nec cortina, nec annulus a me observatus, hinc ab *A. astragalino* Friesii diversus videtur.

* *sapineus*, solitarius vel subcaespitosus pileo carnoso lutescente, lamellis affixis albido-flavis, passim fulvo-cinnamomeis, stipite subsolido striato pallido. *Fries Syst. p.* 239.

In Sueciae truncis pineis, aestate ad serum autumnum usque. Stipes fibrilloso-striatus, basi albido-villosus, 2 unc. circiter longus. Pileus 1-2 unc. latus, laevis aut rimoso-squamosus, carne pallida subamara. *l. c.*

Obs. Admodum variat ex auctore, et forsitan a sequente non diversus, cum quo sapore et pileo saepius rimoso-squamoso convenit. Cum antecedente etiam multa gaudet affinitate, praesertim ratione coloris.

318. *picreus*, gregarius subcaespitosus, pileo glabro cinnamomeo, lamellis emarginatis, lutescente-ferrugineis, stipite glabro rubiginoso. *Syn. fung. p.* 315. *Icon. fung.* 1. *p.* 14. *t.* 4. *f.* 7.

Ad truncos, praesertim pineos, quoque crescit. Stipes cavus, 2½ unc. longus, subpruinosus, demum compressus. Pileus 1½-2 unc.

latus, in bene adultis pleno-subdepressus, interdum maculis concoloribus aut squamulis spuriis variat.

In Sueciae sylvis, ericetis, ad vias et in campestribus graminosis. Major, firmus, habitu Boleti (in Obs. l. c. cum Hydno *imbricato* comparatur). Stipes inaequalis, rufescens. Pileus obtuse umbonatus, rimuloso-squamosus, in umbrosis totus pallescit. Nonne mera prioris *var.*, a quo caractere minoris momenti separandus videtur?

319. *buxeus*, submagnus, pileo late campanulato pallescente fulvo pilis sparsis hirsuto, lamellis lutescentibus, stipite cavo flexuoso glabro, pileo concolore.

Fungus pileolo desuper lacero et veluti filamentoso, fulvi pallescentisque coloris, substantia et lamellis buxeis, pediculo fistuloso, superne pilei parte subconcolore. *Mich. Gen.* *p.* 158. *t.* 74. *f.* 2.

Mense Octobri in Montis Senariae sylvis, in Italia.

320. *litopus*, subparvus, pileo gibboso minutim squamuloso flavicante, lamellis confertis albidis, stipite tenui longo flexuoso, squamulis erectis hispido. — *Battar. p.* 45. *t.* 20. *f. H.*

Autumno circa Sabinianum. Pedunculus longus, exilis, rigidus cavus, externe villosus, cuticula lutea obductus. — *Ex ic.* basi tumi-

dus, 4 unc. longus, 2 lin. crassus. Pileus 1½ unc. fere latus.

321. *erinaceus*, gregarius submagnus, pileo subcarnoso late umbonato fibroso-squamoso opaco subspadiceo, lamellis confertis emarginato-affixis griseo-cinnamomeis, stipite longo glabro subfuliginoso.

Sub arboribus rarissime repertus. Stipes 3 unc. fere longus, 3-4 lin. crassus, striatus, tenuiter lanatus. Lamel. 2-3 lin. latae, primo subfuligineae. Pileus planus, 2-3 unc. latus, umbone subgloboso instructus, et fibrillis rigidis squamaeformibus distinctus. Sapor parum virosus; sed odor est dulcis, pyrinus, verum in aliis speciminibus fere cantharidum.

322. *mamillanus*, pileo subcarnoso, circum umbonem crassum dilatatum impresso, crustalino, lamellis griseo-cinnamomeis latis affixis, stipite glabro subbulboso, apice incrassato, pileo concolore.

Rarius in sylvis. Sapor acris valde ingratus. Stipes solidus, subdurus, 2 unc. longus. Pileus applanatus, 2-3 unc. latus.

323. *incisus*, subparvus, pileo parum carnoso umbonato squamoso spadiceo, lamellis distinctis ferrugineis; stipite subbrevi cavo glabro. *Syn. fung. p.* 311.

In sylvis rarior ad terram. Stipes vix ultra unc. 1 longus, lin. 1½ crassus, aequalis. Pi-

leus campanulato - hemisphaericus, squamis adpressis, margine saepe incisus.

324. *phaeolepis*, gregarius parvus, pileo subcarnoso obsolete umbonato rimoso - squamoso spadiceo, lamellis latiusculis rotundato - subadnexis aquose cinnamomeis, margine subfarinaceis, stipite brevi subconcolore farinaceo.

In sylvula quercina (Romainville) rarius repertus. Stipes vix unc. 1 longus, lin. 1 aut magis crassus. Lamellae secedentes. Pileus disco in umbonem incompletum prominet, campanulatus, in squamas obsoletas rimosus, ½ unc. latus. Sapor subvirosus. Cortina non observata.

325. *phaeocomis*, subsolitarius parvulus, pileo subhemisphaerico obtuso squamoso: squamis disci fasciculatis erectis, spadiceo, lamellis toto - adnexis concoloribus, stipite tenui cavo fibrilloso subconcolore.

In quercetis, autumno, minus rarior. Stipes unc. 1½ fere longus, lin. 1 - 2 crassus. Lamel. latae, a stipite facile secedunt. Pileus 1 - 6 lin. latus, carne molli. Haec cum antecedentibus speciebus concoloribus accuratius examinanda.

326. *ambiguus*, gregarius parvulus, pileo carnoso umbonato fibroso - squamoso brunneo, lamellis confertis uncinato - adnexis griseis, stipite brevi farinaceo solido concolore.

In

In quercetis rarissime. Stipes ½ unc. longus, subdurus, nudus. Pileus ½ unc. latus, inodorus. Ab A. *rimoso*, colore et lamell. adhaerentia distat.

327. *aridus*, parvus subsolitarius obscure brunneus opacus, pileo convexo squamoso, squamis fasciculatis, stipite brevi subincurvo squamoso.

Agaricus lanatus. *Sowerb. t.* 417. (bona).

Rarissime in Anglia et Gallia, ad ramos dejectos, aestatis fine sese propagat. Substantia sicca. Stipes solidus, aequalis, 4-6 lin. longus, lin. 1 crassus. Pileus ½ unc. latus, primo globosus. Lamel. concolores.

328. *cincinnatus*, subgregarius, pileo subcarnoso convexo-plano villoso-squamoso fusco, lamellis adnexis stipiteque solido squamoso fusco-violaceis. *Fries Syst.* 1. *p.* 256.

A. cristatus. *Scop. Carn. p.* 449.

In Sueciae sylvis frondosis. Stipes gracilis, 1½ unc. longus, fibrilloso-squamosus. Lamel. ventricosae, secedentes. Pileus obsolete umbonatus ultra ½ unc. latus.

329. *calamistratus*, pileo campanulato subcarnoso stipiteque solido basi caeruleo fuscis squamoso-squarrosis, lamellis adnexis, primo albidis, demum ferrugineis. *Fries l. c.*

In Sueciae pinetis sabulosis, saepe uliginosis, frequens. Odor fortis. Stipes durus, subradicatus, intus rubescens, 2 unc. plerumque

longus, 2 lin. crassus. Lamell. secedentes, margine albicantes. Pileus obtusus, primo infractus, dein explanatus, 1-2 unc. latus. *Fr.*

330. *lacerus*, pileo subcarnoso fibrilloso-squamoso murino aut umbrino, lamellis adnexis ventricosis stipiteque solido fibrilloso subalbido concoloribus. *Fries l. c. p.* 257.

Agaricus maritimus. *Ejusd. Obs.* 2. *p.* 41.

Agaricus rimosus, *β.* vialis. *Syn. fung. p.* 310. *Consp. fung. p.* 164.

In Germaniae pinetis, in Suecia ad rivulorum margines, limum exsiccatum, et in arenosis maritimis, aestate et autumno. Stipes tenax, rarius aequalis, deorsum attenuatus, intus rubescens. Pileus convexus, obtusus, dein subrimosus et squarroso-squamosus, saepe inquinatus. *l. c.*

331. *rimosus*, solitarius et subgregarius, pileo umbonato longitudinaliter fibrilloso sericeo cervino, demum rimoso, lamellis toto-adnexis griseo-pallidis, stipite aequali farcto subfarinaceo pallescente. *Syn. fung. p.* 310. *Bull. t.* 599. *Sowerb. t.* 323.

Agaricus aurivenius. *Batsch El. fung. t.* 20. *fig.* 107. (mediocris).

Vulgaris in sylvis, locis tamen magis apertis, graminosis. Stipes subtenuis, albicans aut griseo-pallens. Lamel. confertae, primo albae, dein griseo-argillaceae, pulverulentae, margine albicantes. Pileus ab initio campanulatus,

dein planus, in speciminibus luxuriantibus etiam depressus, et tunc valde rimosus et incisus evadit; nunc opacus, nunc nitens, aetate praesertim juniore. Sapor amaricans, aut stypticus.

Obs. Haec species valde ludit pilei forma et colore, uti e sequentibus varietatibus apparet:

α. *pallide rufus*, pileo campanulato-conico fibrilloso-squamoso, lamellis griseis toto-adnexis, stipite striato solido, ex albido rufescente.

Stipes 3-4 unc. longus, intus quoque rufescens. Pileus elasticus.

β. *santalinus*, major, pileo campanulato, acute umbonato striato-rimuloso rufo-cinnabarino, lamellis subcinnamomeis, stipite elongato, deorsum incrassato, pileo subconcolore.

Stipes 3-4 unc. longus, 3-4 lin. crassus. Pileus 1½ unc. latus et altus, fere glaber, sed obsolete squamulosus, epidermide tamen longitudinaliter rimoso, siccus subnitens.

γ. *pullulans*, subcespitosus fragilis, pileo subumbonato fibrilloso-squamoso rufescente, lamellis fusco-griseis (aquosé cinnamomeis) toto adnexis, stipite incurvo, extus intusve rubescente glabro.

Ad latus asserum e terra quasi pullulans repertus, mense Augusto. Stipes ob locum natalem fere decumbens, etiam valde fragilis, fi-

brosus, ad 3 unc. longus, 4 lin. crassus, apice albicans. Pileus 2-3 unc. longus, carne spongiosa rubescente. Odor fortis.

δ. *dehiscens*, submagnus, pileo subcarnoso umbonato rimoso-lacero, umbrino, lamellis sublineatim decurrentibus e griseo dilute-cinnamomeis, stipite longo striato subrufescente.

Rarius in sylvis. Ag. *rimosi* var. *vulgari* duplo fere major. Stipes durus, infra terram subbulbosus, glaber.

Obs. In varietate, quae communiter sese offert, stipes plerumque crassitudine aequalis, farctus est, sat tenuis, pileo multo dilutior, pallescens, subinde albicans, subfarinaceus. Lamellae quidem toto adnexae, sed facile a stipite secedunt, plerumque griseo-argillaceae, pulvere (sporulis) copioso obtectae, exsiccando margine albicantes. Pileus 2-2½ unc. latus, junior campanulatus, dein planus, obtuse umbonatus, et in valde evolutis aut luxuriantibus etiam depressus est, et tunc magis rimosus et incisus, colore plerumque griseo-cervino, aut fusco-lutescens.

* *pleoceps*, gregarius parvulus, pileo hemisphaerico obsolete umbonato sericeo crustalino, lamellis albido-griseis, subargillaceis horizontalibus, stipite brevi subfarinaceo concolore.

Hanc subspeciem, a *rimoso*, ut puto, satis distinctam, inveni in terra culta in vicinita-

fa tamen sylvulae (Vincennes, prope Parisios) cujus stipes erat 1½ unc. fere longus et 2-3 lin. crassus, duriusculus. Lamellae emarginato-adnexae, colore omnino antecedentis, sed situ diversae, et nigro-punctatae. Pileus non rimosus, et sub lente velutinus.

332. *fuscogriseus*, parvulus, pileo planiusculo umbonato fuscescente-griseo: squamis adpressis concoloribus, lamellis confertis adnatis subventricosis niveis, stipite brevi aequali tenui nitente-subfuliginco.

In sylvula Vincennes. Stipes subdurus, 1½ unc. longus, 2 lin. crassus, subfibrillosus. Pileus unc. 1 latus.

333. *squarrulosus*, pileo campanulato subumbonato squamuloso cervino, lamellis latis horizontalibus toto-adnexis ex argillaceo subcinnamomeis (margine albicantibus), stipite breviusculo cavo subfibrilloso albicante.

In sylvis rarius ad terram. Stipes ultra unc. longus, 1½ lin. crassus. Lamell. totam fere pilei cavitatem explent. Pileus 3-4 lin. altus, 4-6 lin. latus, in valde adultis margine subincisus, et squamae squarrosae evadunt. Et haec species affinitatem habet cum *rimoso*, sed pileus in superficie non dehiscit.

334. *dulcamarus*, mediocris, pileo subcarnoso hemisphaerico umbonato cervino: squamulis pilosis appressis, lamellis confertis toto adnexis ex argillaceo dilute olivaceis, stipite

longitudine mediocri farcto. *Syn. fung.* p. 325. *Ic. pict. fung. Fasc.* 3. t. 15. f. 2.

In Germaniae pinetis, rarius. Stipes glaber, aequalis, basi tomentosus, uncialis. Lamellae sat latae. Pileus unc. 1 fere latus, umbone carnoso et crasso distinctus, in ambitu fere ecarnis est.

335. *cervicolor*, gregarius, pileo subcampanulato acute umbonato villoso cervino, lamellis sordide albis, stipite elongato fibrilloso subspadiceo. *Syn. l. c. Ic. pict. fung. Fasc.* 2. *p.* 19. *t.* 8. *f.* 4.

In fagetis occurrit. Stipes farctus, fibrillosus, apice squamulosus, 2 - 3 unc. longus, 2 lin. crassus. Pileus unc. 1 fere latus. Sapor uti in priore; etiam, uti ille, cortina orbatus a me repertus est.

336. *pilipes*, caespitosus fusco-argillaceus, pileo conico laevi glabro, lamellis confertis liberis, stipite aequali toto piloso. *Sowerb.* t. 249. *Fries. Syst.* 1. *p.* 154.

In Anglia, ad Agaricos putridos repertus. Stipes 2 unc. longus. Lamel. adscendentes. — Pileus subcarnosus, obtusus, uncialis.

337. *trachelinus*, fuscus, pileo convexo fibrillis liberis strigoso, lamellis adnatis distantibus crenatis, stipite basi floccoso radioso. *Fries l. c.*

Ad terram humidam, in rivulorum alveis exsiccatis, locis umbrosis, solitarius vel grega-

rius. Stipes filiformis, junior tenax, totus villoso-squamulosus, basi strigoso-radiatus. Lamel. ventricosae, margine, sub lente, flocculosae. Pileus tenuis, humidus striatus, siccus laevis. *l. c.*

338. *farinaceus*, gregarius, pileo subcarnoso, dein subdepresso, carneo-rufescente squamuloso, lamellis distinctis incarnato-roseis farinaceis, stipite longo rigido, pileo concolore. *Syn. fung. p.* 453. *Sowerb. t.* 208. *Flor. Dan. t.* 1249.

Agaricus amethystinus. *Bull. t.* 507. *f.* 1. Ag. carneus et rubellus. *Schaeff. t.* 303. *et* 304. Ag. rosellus et subcarneus. *Batsch. El. Cont.* 1. *p.* 125. *t.* 19. *f.* 99. *et* 100. (juniores). Ag. laccatus. *Fries p.* 107. *var. a.*

Vulgaris, provenit per totum autumnum in sylvaticis, locis praesertim apertis, graminosis. Color in pileo, qui magnitudine est mediocri, variat pro aëre sicco vel humido, dilutior aut opacior, imo aliquando livide rufescens: pileo tunc striato. Pileus subhemisphaericus, subtenax, saepius umbilicato-depressus, rarius umbonatus, squamulis nunc sat densis, nunc obsoletis et fere evanidis obsitus. Lamellae sporulas copiosas albo-farinaceas in fungo adulto et exsiccato secernunt. Sapor ingratus.

339. *conformis*, major subfragilis, pileo tenui depresso glaberrimo alutaceo-helvolo, lamellis tenuibus confertis subdecurrentibus palli-

dis, stipite glabro rufescente, radiculis fibrillosis. !

Rarius mihi obvius fuit inter folia putrescentia. Forma et colore fere cum praecedente convenit, sed discrepat pileo laevissimo, ad tactum molli, lamellis densis, nec farinaceis, toto adnexis, stipite paullo crassiore farcto (demum forte cavo), nulloque sapore, nisi parum raphanoideo distinctus.

340. *bacillaris*, solitarius, pileo submembranaceo-coriaceo flexili glabro fuscente-livido umbilicato, lamellis subdecurrentibus carneo-purpurascentibus, nonnullis dichotomis, stipite longissimo substriato, deorsum incarnato.

Unicum huc usque, autumno praeterito, inveni specimen, ex quo tamen differentia hujus cum A. *farinaceo* elucebat, et vix ut varietas monstruosa considerari debet. Crescebat sub Betulis, inter gramina pinguia, mense Octobri.

Stipes (in specimine reperto) longitudine fere spithamea fuit, basi 4 lin. crassus, ibique albo-villosus, sensim attenuatus, cavus, pileo concolor. Lamel. subangustae, confertae, ad latera plicis transversis subprominulis distinctae, nonnullae simpliciter dichotomae. Pileus 2 unc. latus, margine laevis, zonis 2 obsoletis notatus, substantia rigida, sat tenax. Odor subraphanoides.

341. *succulentus*, subparvus, pileo subecarni

fragili aquoso, lamellis confertis planis vel subdecurrentibus pallide incarnato-rufis, stipite breviusculo fibrilloso concolore.

Inventus initio Novembris in sylvis. Stipes cavus, aequalis, basi tegmine villoso terrae adnatus, 1½ unc. altus, 2 lin. crassus. Lamel. angustae (lin. 1), tenues, non farinosae. Pileus obsolete umbonatus, pellucidus, demum plano-subdepressus, 1-2 unc. latus.

342. *demissus*, rufescens, pileo convexo submembranaceo striato, lamellis subdecurrentibus latis purpureis, stipite farcto brevi. *Fries*, p. 157.

In terra nuda montis sylvaticae, in Smolandia. Stipes glaber fusco-rufescens, uncialis fere. Lamel. distinctae, triquetrae. Pileus obtusus, demum leviter umbilicatus, 4-5 lin. latus.

343. *tetricus*, majusculus, pileo carnoso applanato obtuse umbonato glabro subumbrino, lamellis confertis tenuibus, plurimis dichotomis albo-griseis, stipite subbrevi impure albicante.

In sylvula Romainville (prope Parisios) repertus. Stipes 1½ unc. longus, 4 lin. crassus, aequalis, fragilis, demum cavus. Lamel. fere toto-adnexae, primo albae, dein dilute griseae vel gilvae. Pileus 3 unc. latus, circa umbonem, qui globuliformis et 3-4 lin. latus erat, rugulosus, margine fornicatus seu deflexus. Odor subanisatus.

dis, stipite glabro rufescente, radiculis fibrillosis.

Rarius mihi obvius fuit inter folia putrescentia. Forma et colore fere cum praecedente convenit, sed discrepat pileo laevissimo, ad tactum molli, lamellis densis, nec farinaceis, toto adnexis, stipite paullo crassiore farcto (demum forte cavo), nulloque sapore, nisi parum raphanoideo distinctus.

340. *bacillaris*, solitarius, pileo submembranaceo - coriaceo flexili glabro fuscente - livido umbilicato, lamellis subdecurrentibus carneo-purpurascentibus, nonnullis dichotomis, stipite longissimo substriato, deorsum incarnato.

Unicum huc usque, autumno praeterito, inveni specimen, ex quo tamen differentia hujus cum A. *farinaceo* elucebat, et vix ut varietas monstruosa considerari debet. Crescebat sub Betulis, inter gramina pinguia, mense Octobri.

Stipes (in specimine reperto) longitudine fere spithamea fuit, basi 4 lin. crassus, ibique albo - villosus, sensim attenuatus, cavus, pileo concolor. Lamel. subangustae, confertae, ad latera plicis transversis subprominulis distinctae, nonnullae simpliciter dichotomae. Pileus 2 unc. latus, margine laevis, zonis 2 obsoletis notatus, substantia rigida, sat tenax. Odor subraphanoides.

341. *succulentus*, subparvus, pileo subecarni

fragili aquoso, lamellis confertis planis vel subdecurrentibus pallide incarnato-rufis, stipite breviusculo fibrilloso concolore.

Inventus initio Novembris in sylvis. Stipes cavus, aequalis, basi tegmine villoso terrae adnatus, 1½ unc. altus, 2 lin. crassus. Lamel. angustae (lin. 1), tenues, non farinosae. Pileus obsolete umbonatus, pellucidus, demum plano-subdepressus, 1-2 unc. latus.

342. *demissus*, rufescens, pileo convexo submembranaceo striato, lamellis subdecurrentibus latis purpureis, stipite farcto brevi. *Fries*, p. 157.

In terra nuda montis sylvaticae, in Smolandia. Stipes glaber fusco-rufescens, uncialis fere. Lamel. distinctae, triquetrae. Pileus obtusus, demum leviter umbilicatus, 4-5 lin. latus.

343. *tetricus*, majusculus, pileo carnoso applanato obtuse umbonato glabro subumbrino, lamellis confertis tenuibus, plurimis dichotomis albo-griseis, stipite subbrevi impure albicante.

In sylvula Romainville (prope Parisios) repertus. Stipes 1½ unc. longus, 4 lin. crassus, aequalis, fragilis, demum cavus. Lamel. fere toto-adnexae, primo albae, dein dilute griseae vel gilvae. Pileus 3 unc. latus, circa umbonem, qui globuliformis et 3-4 lin. latus erat, rugulosus, margine fornicatus seu deflexus. Odor subanisatus.

††††††. *Color pilei griseus, cinereus, nigricans. Lamellae non incarnatae, vel rubellae.*

* *Pileo squamoso et sericeo.*

344. *Myomyces*, gregarius; pileo carnoso umbonato squamoso griseo, lamellis subtruncato-adnexis stipiteque glabro albis, aut cinnerascentibus. *Syn. fung. p.* 345-346.

Agaricus terreus. *Sowerb. t.* 76. *Schaeff. t.* 64. (mediocris). Ag. argyraceus. *Bull. t.* 423. *f.* 1. *et t.* 513. *f.* 2. (colore modo dilutiore differt.)

Non infrequens in sylvis, etiam in graminosis, sub arboribus. Magnitudine communi. Stipes subsolidus, 2 unc. plus minusve longus; rarius squamosus et subbulbosus. (*Syn. l. c.*) Pileus, cum lamellis latiusculis, fragilis. Odor et sapor subfortis, ingratus.

β. albescens, minor, pileo circa umbonem subdepresso, minute squamuloso exalbido subfuligineo, lamellis subcrenatis albis, stipite tenui glabro, deorsum subfuligineo.

In viridario quodam, sub nonnullis Pinubus proveniens, repertus. Priore triplo fere minor, nec pileus ita manifeste squamosus: umbone rotundato. Stipes duriusculus. Substantia firmior. Sapor fastidibilis, adstringens. Odor non peculiaris.

γ. madreporius, rigidus fragilis, pileo cinereo fusco-fibroso, stipite farcto pruinato niveo, lamellis dilatatis griseo-livescentibus. *Batsch.*

El. fung. Cont. 2. *p.* 53. *t.* 37. *f.* 203. (In pinetis.)

δ. *albogriseus*, pileo subnitido albo-griseo, umbone rimoso-squamuloso, lamellis toto adnexis stipiteque glabro albis.

In sylvaticis. Stipes interne sericeo-nitens, 2-3 unc. longus. Pileus 1½ unc. latus, subdepressus. Odor ac sapor ingratus.

* *myosmus*, olidus firmus, pileo sicco glabro subsquamuloso fusco-livido, lamellis emarginatis subdistantibus albidis, stipite solido inaequali (primo ventricoso). *Fries Syst.* 1. *p.* 44. A. Myomyces. (exclus. nonnullis synonymis.)

Agaricus fusiformis. *Schum. Saell.* *p.* 318. *Flor. Dan.* *t.* 1729. A. saponaceus. *Fries Obs.* 2. *p.* 101.

In Daniae ac Sueciae pinetis et fagetis.

"Valde variat. Odor murinus. Stipes compactus, dissectus hinc inde testaceo-rubens, extus fibrillosus, passim squamosus. Pileus subirregularis, 2-4 unc. latus, colore variat." Pileus, secundum Schumacher l. c., est sericeo-villosus, alutaceo-luteus, vertice rufus, dein subglaber, fusco-striatus, disco, aut uno latere rufo-maculatus. Lamel. pallidae. Stipes crassus, fusiformis, 4 unc. longus.

Obs. Ex descriptionibus allatis constat, hunc fungum non eundem esse, ac antecedentem. D. Fries quoque commemorat, *var.* (A.

albo-umbrinius. Schum. p. 337.) *lamellis luteis* distinctam, cujus "caro alba, fungo dissecto, vero tota purpurascit, odor Raphanistri subaromaticus, et sapor haud ingratus." *Schum. l. c.*

345. *limniscius*, submagnus, pileo carnoso applanato (non umbonato), subrepando villoso-cinereo, lamellis latis crassis albis, stipite sublongo cavo aequali, externe fibrilloso-crispato cinereo.

Myomyces pedunculo lemniscato. *Battar.* p. 48. *t.* 17. *f. D.*

In sylvis Majani, in Italia, autumno prostat. Sapor farinaceus. Stipes rigidus, lemniscatis seu crispatis fibris externe compositus, et tenui medulla repletus. *B.* — Sapore farinaceo, pileo non umbonato, lamel. crassis a prima specie separandus videtur.

346. *Meleagris*, gregarius, pileo planiusculo, demum inciso, squamis sparsis subnigrescentibus, lamellis (liberis?) subangustis albo-griseis, stipite solido nigro, deorsum subincrassato, radice densa fibrosa. *Sowerb. fung.* *t.* 171.

Cresc. in caldariis super pulverem coriarium. Magnitudine et habitu cum A. *Myomyci* convenit, junior fungus totus niger. Ab auctore cum A. *clypeolario* Bull. comparatus, sed carne compacta differt. Radiculae subreticulatae. Exsiccando totus, stipite parte inferiore excepta, e caeruleo rubescit. (*Quoad ic.*)

347. *obscurus*, parvus, pileo subcarnoso convexo umbonato fuliginoso squamoso, lamellis latiusculis plano-adscendentibus olivaceo-fuligineis, margine dilutioribus, stipite solido longo fibrilloso. *Syn. fung. p.* 347. *Cont. Consp. fung. p.* 174.

In Germaniae pinetis montosis lectus. Stipes pileo concolor, intus subrubescit, 3 unc. longus, 2 lin. crassus. Lam. crassiusculae. Pileus vix unc. latus.

348. *microlepideus*, subsolitarius majusculus, pileo sicco carnoso-membranaceo pallide fuligineo: umbone subobsolete obscuriore, squamulisque minutis obtecto, lamellis apice adnexis subtruncatis latis albis; stipite longo utrinque subincrassato glabro albido.

Provenit aestate post pluvias ad pedes arborum. Stipes aliquando spithamaeus, ½ unc. crassus, solidus. Lamel. 4 lin. latae. Pileus 3 unc. latus, fere ecarnis, demum incisus. Sapor substypticus.

349. *subacidus*, pileo submembranaceo hemisphaerico subdepresso-umbilicato dilute livido, disco squamulisque minutis nigrescentibus, lamellis distinctis latissimis oblique truncatis candidis, stipite sublongo glabro albicante.

Rarus in sylvis ad terram. Stipes 3 unc. longus, 2-3 lin. crassus. Lamel. adnexae, dimidiam unc. fere latae. Pileus 2 unc. et ultra

latus, elasticus, non umbonatus, sed subumbilicatus. Sapor acescens.

550. *opicus*, pileo obtuso sicco squamuloso griseo, lamellis emarginatis distantibus canis, stipite fibrilloso-squamoso cinereo. *Fries Syst.* 1. *p.* 43. *Ejusd. Obs.* 2. *p.* 112.

In sylvaticis mixtis, autumno. Stipes 1½ unc. fere longus, 2-3 lin. crassus, fragilis. Lamel. ventricosae. Pileus obsolete umbonatus, ad 1½ unc. latus, junior sublaevis. *Fr.*

* *gausapatus*, pileo obtuso repando sericeo-fibrilloso cinereo, lamellis emarginatis confertis griseis, stipite solido fibrilloso candido. *Fries l. c.*

Inter nemorum gramina, in Suecia. Stipes aequalis, 1-2 longus. Pileus leviter carnosus, junior campanulatus, 2-3 unc. latus: oris primo tomentosis. Lamel. liberae, 2 lin. latae. Odor et sapor nullus. *loc. cit.* Priori, etiam A. *myomyces*, satis affinis videtur, tamen pileo non umbonato (?), margine ab initio tomentoso, lamel. liberis et saporis defectu discrepat.

551. *relicinus*, gregarius, pileo carnoso, conico expanso squarroso-tomentoso, stipiteque solido fibrilloso fuligineis, lamellis adnexis lutescentibus. *Fries l. c. p.* 256.

In Sueciae sylvis abiegnis, inter Sphagna non raro, Jul. — Sept. Stipes 2 unc. longus, 2 lin. crassus. Lamel. confertae, demum olivaceo-fuligineae. Pileus junior conicus, obtu

sus, adultus expansus, uncialis. *Fr.* — An vere distinctus ab A. *lacero?*

352. *plumosus*, pileo subcarnoso hemisphaerico, stipiteque solido tenui longo squarroso-squamosis murinis, lamellis subliberis albidis. *Fries. Bolt. fung. p. et t.* 33.

Hab. in Angliae sylvis. Stipes aequalis, lin. 1-2 crassus. Pileus 1½ unc. latus.

** *Pileo glabro.*

353. *graveolens*, pileo carnoso crasso glabro fuligineo-cinereo subhemisphaerico, lamellis confertis emarginato-adnexis sordide albis, stipite solido subvilloso albido. *Syn. fung. p.* 361.

In locis graminosis crescit.

Ponderosus est, nec non sapore odoreque forti distinctus. Stipes magnitudine mediocris, compactus, obsolete fibrillosus. Lamel. plano-adscendentes, confertae, aquose fuligineae, quarum plures breviores sunt. Pileus ultra 2 unc, latus, substantia compacta, 3-4 lin. crassa.

354. *adustus*, magnus carnosus, pileo dein subdepresso stipiteque glabro fuliginoso, lamellis crassis rigidis subpallescente-albis aut subglaucis. *Syn. fung. p.* 459. *Consp. fung. p.* 220. *Fries Syst.* 1. *p.* 60.

Agaricus nigricans. *Bull. t.* 370. *f.* 2.

β. *elephantinus*, major albido-fuligineus, minus depressus, stipite brevi concolore, la-

mell. crassis horizontalibus albis. *Sowerby t.* 36. *Bolt. t.* 28. (In Anglia et Gallia).

Aestatis fine, praesertim post copiosas pluvias aestivales, in sylvis frondosis, etiam ericetis in tota fere Europa invenitur. Rigidus, inodorus, et subinsipidus, latitudine ultra palmari. Substantia compacta, rubescens, exsuccus. Stipes solidus, aequalis, crassus, brevis. Lamellae rigidae, emarginato-adnexae, plures integrae. Color in omnibus partibus, ex albido, griseo, pallescente variat, et in pileo laeso, aut exsiccando nigricat.

355. *consobrinus*, pileo carnoso subviscoso depresso griseo, lamellis pluribus dimidiatis candidis, stipite valido primo concolore, demum cinerascente. *Fries. p.* 60. *Ejusd. Obs.* 2. *p.* 195.

Hab. in Sueciae abietinis. Sapor felleus acris (quo uti ob lamellas Russulis analogus). Pileus margine laevis, nec sulcatus, etiam olivaceo-griseus, 3 unc. latus. Lamell. nonnullae sunt farcatae, sed non venis convexae. Stipes aequalis spongiosus, unc. 1 altus.

356. *Millus*, pileo carnoso subumbonato fuscescente-livido, lamellis circa stipitem solutis recurvatis, stipite aequali solido strigoso. *Fries. Sowerb. t.* 184. †

Repertus hyeme in Anglia. Lamellarum forma, plane anomala, statum forsan morbosum indicat. Pileus glaber, demum depressus

et repandus, 2-3 unc. latus. Stipes fuscus, 2-3 unc. longus.

357. *canaliculatus*, pileo laevi glabro cinereo-livido, lamellis truncatis confertis luteis, stipite solido bulboso cinereo-striato. *Schum. Saell. p.* 331. *Fries l. c. p.* 46.

Provenit in Daniae vagetis. Stipes brevis rapiformis albus, striis cinericeis. Lamellae angustissimae, sigmoideae; longiores postice truncatae, hinc canaliculam (spatium) circa stipitem efformant, seu a stipite remotae. Pileus carnosus, hemisphaericus convexus, primo globosus, 3 unc. latus. *Schum.*

358. *decastes*, subcaespitosus, pileo glabro inaequali cinereo, lamellis rotundatis albis, stipite solido albo pulverulento. *Fries l. c. p.* 49. *Ejusd. Obs. Myc.* 2. *p.* 105.

Habitat in Sueciae sylvis frondosis. Stipes aequalis ultra 3 unc. longus. Lamel. latiusculae, confertae, interdum emarginatae. Pileus saepe sinuatus, expallens, margine tenui. *Fr.*

β. *cinerascens*, gregarius, pileo convexo, primo albo, dein cinereo, lamellis liberis rotundatis griseis, stipite crasso laevi. A. *Amans. Flor. Agen. p.* 580. *Bull. t.* 428. *f.* 2.

In Galliae sylvis. Ex 4-5 individuis aggregatis subcaespitosus. Stipes 2-4 unc. longus. Pileus totidem latus. Lamel. secedentes. *l. c.*

359. *nitratus*, rigidus nigrescente-umbrinus, pileo subcarnoso convexo-plano, lamellis

ventricosis distantibus subadnexis, stipite cavo subdifformi. *Syn. fung. p.* 356.

β. A. *murinaceus*, pileo subcarnoso difformi rimoso-squamuloso cinereo, lamellis collinitis distantibus stipiteque cavo difformi cinerascentibus. *Fries l. c. p.* 176. *Bull. t.* 520. *Sowerb. t.* 106.

Myomyces sulcis undulatis. *Battarr. p.* 48. *t.* 19. *f. A.?*

Rarior adest in locis graminosis montosis et muscosis. Stipes sublacunosus, unc. 1 crassus. Lamell. in meo fungo pruinatae, et ex Sowerby osculatae; secundum Fries, crassae, albidae, dein cinereae. Pileus saepe rimosus primo campanulatus, subtenuis, saepius rimosus. Varietates numerosae hujus speciei adesse dicitur, omnes tamen odore nitroso ad typum reduci possunt.

360. *tumidus*, pileo carnoso convexo-plano cinereo, lamellis distantibus latis candidis, stipite longo tumido. *Syn. fung. p.* 350. *Fries p.* 48.

Provenit rarius in Germaniae locis arenosis et in sylvis. Stipes plerumque irregularis, subventricosus, solidus, substriatus. Lamel. ½ unc. latae. Pileus subinsipidus 3-4 unc. latus.

361. *multicolor*, magnus, pileo carnoso convexo-plano cinereo-fuligineo, lamellis subadnexis pallidis, stipite subbulboso fibrilloso-candido. *Syn. fung. l. c.*

In Germaniae sylvis, passim. Stipes farctus, 4 unc. longus, 1 crassus. Lamel. distinctae, rotundato - adnexae, unc. 1 latae. Pileus 4 unc. latus.

362. *amplus*, caespitosus, pileo subcarnoso convexo glabro nigrescente - fuligineo, lamellis confertis toto - adnexis aquose cinereis, stipite longo crassiusculo glabro albo. *Syn. fung. p.* 360.

In pinetis, prope Gottingam, nascitur. Ab aliquibus a precedente non specie distinctus aestumatur, satis tamen differre videtur, stipite ad 6 unc. longo, et unc. 1 crasso, lamell. subdecurrentibus, quasi serrulatis, ad 3 lin. latis. Pileo 4 - 6 unc. lato, ita ut ad maximas Agarici species merito referri possit.

363. *humilis*, gregarius, pileo carnoso latissimo fuscescente, disco subdepresso obsolete squamuloso, lamellis confertis aquose cinereis, stipite brevissimo sursum incrassato cinerascente. *Syn. p.* 360.

Sero autumno locis provenit graminosis. Stipes subfarinaceo - tomentosus, solidus, unc. 1 longus, 4 lin. crassus. Lamel. subdecurrunt. Pileus compactus, 3 - 4 unc. latus, margine subrevoluto.

364. *pullus*, gregarius durus, pileo carnoso convexo - plano nigricante - livido, lamellis confertis adnexis stipiteque solido candidis. *Syn. fung. p.* 349.

Passim in sylvis. Stipes durus, 3-4 unc. longus, ½ unc. crassus. Lamel. lanceolatae. Pileus 4 unc. latus, substantia subcompacta, demum subapplanatus. Sapor subdulcis.

Fungus parum dubius et forsitan non satis ab Ag. *pileolario* diversus. An A. *Schumacheri.* Fries, p. 87. alia species aut varietas?

365. *fumosus*, gregarius rigidus, pileo carnoso glabro, dein planiusculo, nigrescente-fuligineo, lamellis confertis adnexis stipiteque solido fuligineo-albidis. *Syn. fung. p.* 348. *Ic. pictae fung. fasc.* 2. *p.* 16. *t.* 7. *Fries Syst. p.* 88-89.

Hab. in Germaniae et Sueciae sylvis frondosis et acerosis. Pileus 2-3 unc. latus, substantia rigida cartilaginea, subdifformis, secundum D. Fries: dein fit cinereo-lividus; etiam occurrit rimoso-squamulosus et subexcentricus. Ab eodem autore quoque describitur *l. c. var.* (Ag. *polius*) 40-50 stipitibus basi in corpus carnosum connatis. Saporem mei fungi inveni amaricantem, qui in *Consp. fung. p.* 175., si omnino ejusdem speciei, *mitis* indicatur.

* *virgatus*, pileo umbonato sicco griseo nigro-virgato, lamellis emarginatis latis canis, stipite farcto striato albido. *Fries l. c. p.* 48. *Ejusd. Obs.* 2. *p.* 113.

"In Sueciae ericetis, sub pinubus et betulis frequens dicitur. Sapor felleus. Stipes 3 unc. longus, ½ unc. crassus, aequalis, vel basi tube-

rosus. Pil. 2-4 unc. latus." — Antecedenti valde cognatus videtur, sed pileo umbonato striis nigris variegato, discrepat, etiam cum sequente comparandus.

366. *atrocinereus*, pileo carnoso obtuse umbonato cinereo, umbone nigrescente, lamellis albidis aquose emarginato-adnexis, stipite solido brevi glabro. *Syn. fung. p.* 348.

Hab. in Hercyniae pinetis. Stipes 1½ unc. longus, 1 crassus, intus fibrosus. Pileus unc. 1 latus. Odor et sapor non ingratus.

367. *nycthemerus*, pileo carnoso obsolete umbonato e nigrescente demum fuligineo, lamellis horizontalibus emarginato-adnexis niveis, stipite pileo dilutiore, apice albicante et farinaceo.

Inveni hanc speciem Octobris fine in sylvula Romainville, prope Parisios. Stipes, sub lente inspectus, squamulis farinaceis, praesertim apice, obtectus.

Fungi magnitudo erat mediocris.

Pileus glaber. Lamel. confertae.

368. *cartilagineus*, pileo convexo cartilagineo margine sinuato pulverulento fusco-nigro, lamellis liberis cultratis (lanceolatis) albo-griseis, stipite crasso farcto albido fuscoque lineato. *Bull.* — *Vent. Hist. des Champ. p.* 596. *t.* 589. *f.* 1. †

In sylvis habitat solitarius. Stipes 3-4 unc. altus, unc. 1 crassus. Lamel. latae, distantes.

Pileus semiorbicularis, 3 - 4 unc. latus, carne crassiuscula nivea. *l. c.* — Haecce subdubia, uti videtur, species nunquam sese mihi obtulit, saltem sub tali forma, quali depicta est.

369. *umbrinus*, subcompactus elasticus, pileo carnoso late umbonato nigrescente - umbrino, lamellis confertis albis, dein subgriseis, stipite mediocri aequali albido - griseo.

In sylvis prope Parisios rarius inveni. Stipes 2 unc. longus, ½ fere crassus, basi paullulum latior, intus subcavo - floccosus. Lamel. subangustae, lanceolatae, 2 - 3 lin. latae. Pileus 3 unc. fere latus, in medio subumbonato crassus, intus albus, compactus. Sapor parum stypticus. Forsitan tamen edulis.

370. *bufonius*, pileo rugoso umbrino subnigrescente, lamellis alutaceo - pallidis, stipite longo subtomentoso pileo concolore. *Syn. fung. p.* 359.

In Hercyniae pinetis crescit. Stipes 3 unc. longus, 2 lin. crassus. Lamel. subdecurrunt, subnitentes. Pileus obsolete umbonatus, unc. 1 latus.

371. *nitens*, gregarius, pileo subcarnoso convexo fuligineo - griseo, juniore nigricante subviscoso, lamellis latiusculis distantibus albis (subglauco - cinerascentibus), stipite subbrevi pileo concolore. — *Batsch El. fung. t.* 33. *f.* 192.

Ab auctore prope Jenam lectus in plano

montoso sterili, tecto gramine brevi, herbis et muscis siccis; etiam similibus in locis apricis eum inveni sub finem autumni.

Stipes elasticus, glaber, unc. 1½ longus, 3 lin. crassus, in nonnullis individuis subcompressus, longitudinaliter canaliculatus. Lamel. crassiusculae, tantisper decurrunt. Pileus 2-½ unc. latus, subtenax. Sapor acescens. Fungi juniores fere toti nigrescunt et subglutinosi erant.

372. *compressus*, pileo subcarnoso planiusculo irregulari nigrescente-fusco, lamellis distantibus albis, stipite cavo compresso subconcolore. *Syn. fung. p.* 363. *Soiwerb. t.* 66. *Fries p.* 167. †

Hab. in Angliae et Sueciae graminosis, Jun. — Novembr. Stipes 2-3 unc. longus, subtortus, fissilis. Lamell. rotundatae, fere liberae, latiusculae. Pileus 2-3 unc. latus, pellucidus.

373. *cuneifolius*, pileo subcarnoso glabro fuligineo-livido, demum rimoso, lamellis ventricosis albis, stipite cavo deorsum attenuato, apice pruinoso pallido. *Fries Syst. p.* 117.

Agaricus cinereo-rimosus. *Batsch. El. Cont.* 2. *t.* 37. *f.* 206. Ag. ovinus. *Bull. t.* 580. *a. b.* ex auctore praecitato.

Locis graminosis sterilibus provenit. Species parva, fragilis, odore farinae. Stipes raro aequalis, pallidus (ex Batsch. niveus et sericeo-nitens, subfibrosus). Lam. latissimae, trunca-

tae subdecurrentes. Pil. unc. 1 fere latus, variat colore fusco, livido.

β. spurcus, pileo latiore subumbonato fusco, lamellis arcuato-affixis, stipite duplo longiore aequali glabro albido. *Fries l. c.*

In Scaniae nemoribus graminosis, campestribus.

374. *melaleucus*, pileo obtuse umbonato planiusculo fragili nigrescente-fuligineo, lamellis confertis subadnexis latiusculis albidis, stipite elongato basi incrassato glabro livido. *Syn. fung. p.* 355. *Fries Syst.* 1. *p.* 114.

In Germaniae et Sueciae pinetis, locis subhumidis praesertim et deustis. Stipes 2-3 longus, tenuis, basi subincrassatus. Lamel. emarginatae, subinde serratae. Pileus 2-3 unc. latus, siccus expallens, griseus, carne aquoso-spongiosa.

β. porphyroleucus, pileo campanulato-expanso fuligineo-purpurascente, lamellis albidis, stipite farcto fibrilloso. *Fries l. c. p.* 115.

Locis montosis, inter gramina. Firmior antecedente. Stipes albidus, 4 lin. crassus.

γ. polioleucus, pileo griseo-livido, lamellis sordide albis, stipite subfarcto brevi, apice albido-pruinato. *Fries, l. c.*

In regionibus depressis, campestribus, locis graminosis. Stipes 2 unc. longus, aequalis, 2-3 lin. crassus. Lamel. latae.

375. *humilis*, gregarius, pileo carnoso latissi-

mo fuscescente, disco subdepresso, lamellis confertis aquose cinereis, stipite brevissimo farcto subincrassato tomentoso-pulverulento. *Syn. fung. p.* 360.

Provenit serius, locis graminosis. Stipes farctus, uncialis, 4 lin. crassus. Lamel. subdecurrunt (rotundatae ex Fr.) Pileus compactus, saepius obsolete rimuloso-squamulosus, 3-4 unc. latus, margine subinvoluto; in fungo suecico, etiam repandus et nonnunquam umbonatus, coloreque variat nigricante, fusco, livido, pallido, flavescente, fragili, et stipite fibrilloso; nisi aliae species aut *varr.* notabiles cum hac confusae sint.

β. *oreinus*, pileo convexo glabro fusco-livido, lamellis liberis albis, stipite solido pallido, apice albo-pulverulento. *Fries Syst.* 1. *p.* 52. *Ejusd. Obs.* 2. *p.* 111. †

In montibus ericetosis Hallandiae in Suecia. Minimus, sed sat firmus, stipite unciali, basi incrassato, pileo obtuso unciali. *l. c.*

376. *brevipes*, subgregarius, pileo carnoso convexo plano subrepando fuligineo, seu diluté umbrino (juniore nigrescente), margine dilutiore, lamellis confertis toto-adnexis impure albis, stipite farcto brevissimo glabro subexcentrico. — *Bull. Hist. p.* 594. *t.* 521. *f.* 2.

Hab. autumno subseró ad vias, in ambulacris sub arboribus. Stipes $\frac{1}{2}$-$\frac{3}{4}$ unc. longus, $\frac{3}{4}$

unc. crassus, aequalis, pileo concolor. Lamel. densae, lanceolatae, tenues, interdum obsolete decurrunt. Pileus 3 unc. latus, medio satis carnosus, ceterum substantia tenui. Totus fungus fragilis, subhumidus, odore parum ingratus, et sapore subadstringens.

β? *curtipes*, pileo obtuso laevi griseo, lamellis adnatis confertis albis, stipite solido brevi, extus intusque fusco. *Fries Syst.* 1. *p.* 88.

In Scania campestri, locis graminosis. Octobr. — Nov. Stipes vix uncialis, 2-3 lin. crassus, rigidus, testaceo-fuscescens, subinde fibrillosus. Lamel. latiusculae, ob formam pilei subdepressam, parum decurrunt. Pileus 2-3 unc. latus. *l. c.*

377. *testudineus*, subsolitarius magnitudine mediocris, pileo carnoso convexo, dein applanato glabro subgriseo-fuscescente, lamellis emarginatis subadnexis, stipiteque farcto brevi albicantibus. *Tab. XXIII. fig.* 1 *et* 2.

Ad terram inventus. Stipes satis crassus, aequalis, subfibrillosus, apice farinaceo-flocculosus. Lamel. confertae, subcrenatae, in pilei ambitu latiores. Pileus ad summum 2 unc. latus, opacus, interdum latus fere depressus: margine erecto. Sapor subvirosus.

378. *molybdeus*, subparvus, pileo carnoso hemisphaerico griseo-plumbeo, lamellis confertis densis ex albo sublivescentibus sublibe-

ris, stipite solido aequali brevi subfarinaceo fuligineo-albo.

Eodem in loco lectus ac antecedentis, a quo tamen non paucis notis aberrat. Stipes elasticus, duriusculus, intus nitens, unc. 1-1½ altus, 2½ lin. latus. Lamel. confertae, aquoso-griseae, rotundatae, secedentes, 2½ lin. latae. Pileus biuncialis fere, carne compacta, ad ambitum fere ecarnis. Odor nullus sed sapore gratus Ag. campestris, hinc ab Ag. *fumoso* vel *humili*, nec non a priore diversus aestumari debet.

379. *myochrous*, magnitudine medioeris subparvus, pileo carnoso convexo-plano griseo, lamellis subemarginatis adnexis, nonnullis ex basi simpliciter dichotomis, stipite brevissimo solido deorsum subtenui.

Raro in sylvis. Stipes vix uncialis, lin. 1-2 crassus, griseus. Lamel. subangustae, ultra lin. latae. Pileus unc. 1½ latus, carne compacta immutabili, pallescit praesertim ad marginem. Odor nullus et sapor non ingratus.

stilbopus, parvulus, pileo hemisphaerico umbonato plano nitente-murino, lamellis confertis subemarginatis remotis nigris, stipite sublongo aequali tenui griseo-nitente.

In sylvis. Species sat elegans. Stipes 2 unc. longus. Pileus unc. 1 latus, exsiccando praesertim nitet.

380. *leucophaeus*, magnitudine mediocris, pileo subcarnoso planiusculo fuligineo-nigres-

cente disco late, sed obsolete umbonato obscuriore, lamellis densis latiusculis candidis, stipite solido subelongato glabro fuligineo, basi tuberoso.

In sylvis, hortis etc. non raro. Stipes plerumque biuncialis, 2 lin. crassus, elasticus, demum subtortus, sed parum sensibile. Lamell. subventricosae, planae, sed lineatim subdecurrunt, incolorantes. Pileus unc. $1\frac{1}{2}$ latus, parum modo carnosus, ad tactum mollis. Sapor subraphanoides, aut parum adstringens. Variat: lamellis emarginato-adnexis, stipite aequali apice minutim squamuloso et major, pileo subgriseo et stipite fere albido.

Obs. An huc trahendus Agar. Placenta *Batsch. El. fung. t.* 5. *f.* 18.? Nec plane differt Ag. *adstringens* Syn. fung. p. 350 et 351.; sed in pluribus individuis et diverso tempore collectis, lamellas dein rubescentes, ut in ceteris *Hyporhodiis*, nunquam inveni, hinc praevius eum hoc loco enumerare vellem, vix tamen ut speciem distinctam; nam praeter colorationem lamellarum, quod ab aliis causis pendere potest, de cetero parum differt ab A. adstringente.

381. *trochoeus*, subparvus, pileo convexo-plano obscure griseo subnigrescente, lamellis angustis subdecurrentibus ex albido griseis, stipite farcto subfurfuraceo-squamuloso. *Tab. XXVII. fig.* 4. (junior) et *Tab. XX. fig.* 3. (adultus).

Crescit ad sepes hortorum, in dumetis. Junior tubaeformis, stipite tunc sursum incrassato, qui in adultis aequalis est. Lamel. confertae, etiam totae albae. Pileus carnosus, uncialis.

382. *tephrophyllus*, pileo submembranaceo minute umbonato griseo, lamellis planis subliberis cinereis, stipite longo fistuloso, basi villoso, pileo concolore.

In sylvis passim, Octob. Stipes elasticus, saepius compressus, 3 unc. longus, vix lin. crassus. Pileus unc. 1 latus, planus, applanatus. Lamel. subconfertae, 1½ lin. latae.

383. *obolus*, pileo laevi livido, lamellis adnatis confertis stipiteque aequali striato dilutioribus. *Fries Syst.* 1. *p.* 89.

In Sueciae pinetis ericetosis subgregarie crescit. Stipes 2-3 unc. longus, 2 lin. crassus, glaber, lividus. Lamel. planae, distinctae, albo-lividae. Pileus convexo-planus, obtusus, 1½ unc. latus. *Fr.*

384. *subpulverulentus*, solitarius parvus, pileo plano-depresso opaco subpulverulento griseo, lamellis adnexis latiusculis candidis, stipite substriato mediocri pileo concolore.

In horto botanico Parisiensi sub pinubus lectus. Stipes 1½ unc. longus, 2 lin. crassus. Lamel. subconfertae, convexae. Pileus 1½ unc. latus, laevis.

385. *leptocephalus*, totus dilute cinereus, pileo tenui subumbonato repando sulcato, la-

mellis crassiusculis obscurioribus, stipite sub-brevi glabro. *Syn. fung. p.* 381. *Ic. et Descr. fung. Fasc.* 2. *p.* 48. *t.* 12. *f.* 4.

In Germania ad truncos provenit. Pileus submembranaceus opacus, medio subcarnosus, unc. 1 latus. Lamel. subemarginato-adnexae, obscure cinereae, nitidae, margine albicantes. Stipes cavus, 2 unc. longus, 2 lin. fere crassus. Odor nitrosus, et sapor ingratus.

* *caesius*, parvulus, pileo carnoso obsolete umbonato, lamellisque rotundatis leviter adnexis caesiis, stipite cavo subfuligineo purpurascente.

In sylvis rarus adest. Stipes 2 unc. fere longus, 1½ lin. crassus. Lamel. 2 lin. latae, non venis connexae (?) Pileus ½ unc. latus, opacus, laevis, non pellucidus, qua de causa non ut mera Agarici *rosei* Bull. varietas habendus est hic fungus, et ab A. *janthino* Batsch (var. rosei seu puri) valde diversus, forsitan quoque a *var.* δ in Synopsi p. 359., cujus lamellae albae sunt, differt.

****** *Pileo carnoso aut subcarnoso violaceo, purpurascente, aut decolorando fuscescente, subincano. Lamellis etiam violaceo-purpurascentibus, passim albis, fuscescentibus, sporulis plerumque albicantibus obtectis.*

386. *bicolor*, pileo carnoso convexo violaceo-fuscescente, margine involuto tomentoso, la-

mellis subliberis stipiteque crasso bulboso tomentoso violaceis. *Syn. fung. p.* 281.

Agaricus violaceus. *Sowerb. t.* 209. *Flor. Dan. t.* 1133. A. personatus. *Fries, p.* 50. A. bulbosus. *Bolton t.* 147.

Nascitur in sylvis, graminosis, passim in hortis; in Europa boreali non infrequens. Stipes brevis, validus, uncialis, junior magis villosus. Pileus pulvinatus, plerumque 2-3 unc. latus, sed interdum satis extensus, ex D. Fries colore variat violaceo, lilacino, hepatico, livido et albido. Lamel. 2-3 lin. latae, etiam incarnatae, confertae, rotundatae.

Obs. Primo obtutu uni alterive speciei e divisione *Cortinariae* ob colorem et habitum (quod etiam de sequente valet) refert, sed velo omnino destitus est et sporulas albidas, nec ferrugineas habet.

387. *nudus*, (mutabilis), pileo carnoso hemisphaerico violaceo, fuscescente, glabro, lamellis subemarginato-adnexis, stipiteque fibrilloso-farinaceo violaceis. — *Bull. t.* 439. *Consp. fung. p.* 152. *Fries Syst.* 1. *p.* 52.

Autumno vulgaris in sylvis acerosis et frondosis, etiam in hortis, praesertim sub pinubus, provenit. Forma et colore variabilis, nonnunquam pileus totus depressus evadit, interdum umbonatus invenitur. Stipes aequalis, aliquando etiam bulbosus; in Suecia totus glaber occurrit. Pileus, aëre sicco praesertim, rufescit,

margine glabro, nec involuto, uti in antecedente. Sequentes varietates adnotari merentur.

α. *allochrous*, solitarius, stipite bulboso, lamellis albicantibus.

Inter muscos, semel inventus. Vulgari paullo minor. Stipes subelongatus, fere glaber.

β. *aggregatus*, caespitosus fragilis, pileo applanato subdepresso rufescente, lamellis primo dilute purpurascentibus, dein pallentibus, stipite brevi subcrasso, basi tuberoso-tomentoso, subspadiceo.

Inveni, mense Decemb. sub fruticibus, ubi multa individua, stipitibus basi subcohaerentibus caespitem efficiebant densum. Stipes unc. 1-1½ longus, ¼ unc. crassus, glaber, sed basi tomento sat denso seu compacto, colore gilvo, vestitus. Lamellae rotundato-adnexae, confertae. Pileus glaber, 2 - 3 unc. latus, humidus valde fragilis. Odor fere aniseus, sed sapor fastidibilis.

388. *sordidus*, caespitosus, pileo obtuse umbonato glabro umbrino-fusco, lamellis rotundatis dilute violaceis, stipite solido laevi subbulboso. *Fries* p. 51. *Schum. Saell.* 2. p. 341.

In Dania repertus, locis stercoratis. Stipes 2 unc. longus et ultra, 3-4 lin. crassus, pileo concolor, apice dilatatus. Lamel. liberae. Pileus carnosus, demum explanatus, subrepandus, margine subinvoluto obscuriore, carne dilute violacea. *S.*

389. *purpureus*, subparvus, pileo carnoso convexo-plano violaceo-purpureo, lamellis emarginato-adnexis confertis candidis, stipite brevi aequali, pileo concolore.

A. *purpureus*, pileo hemisphaerico purpureo, lamellis trifidis albis, stipite purpureo. *Bolton p. et t.* 41. (bona).

β. *ionides*, stipite pleno nudo striato; pileo roseo-vinoso; lamellis falcatis, basi elongato-rostratis plerumque liberis. *Bull. — Vent. Hist. des Champ. p.* 557. *t.* 533. *f.* 3.

Autumno, circa Parisios, in sylvis non rara est pulchra haec species, plerumque solitaria, sed aliquando 2-3 individua aggregata inveniuntur. Stipes solidus, subtenax, uncialis, 3 lin. crassus. Pileus ab initio hemisphaericus, demum planiusculus, tunc obsolete umbonatus, 1½ unc. latus. Lamel. subdecurrunt niveae. Odor et sapor virosus.

390. *carneus*, solitarius parvulus, pileo subcarnoso rubescente, lamellis toto adnexis candidis, stipite firmo glabro, pileo concolore. — *Bull. l. c. p.* 555. *t.* 503. *f.* 1.

β. *carneus*, pileo subcarnoso laevi carneo-rubro, lamel. adnexis candidis, stipite subfarcto brevi squamuloso. *Fries p.* 130. (In pinetis).

In sylvis rarissime crescit. Stipes colore paullo dilutior, uncialis. Pileus obscure incar-

natus, subsinuatus, demum applanatus, carne firma nivea. Species subdubia.

391. *geophilus*, gregarius parvus, pileo campanulato dilute violaceo fuscescente, lamellis adnexis argillaceo-fuscescentibus (subcinnamomeis), stipite aequali tenui, pileo concolore. *Syn. fung. p.* 340. *Sowerb. fung. t.* 124. *Bull. Hist. p.* 546. *t.* 522. *f. d.* (colore subvariat).

Autumno in sylvaticis subhumidis ad terram, saepe in consortio Ag. *argillacei* adest, a quo constanter differt colore, paulloque minor est. Stipes ½ unc. longus, lin. 1 - 1½ crassus, cortina fugacissima aliquando cinctus. Lamell. suberectae, secedentes. Pileus parum carnosus, ½ unc. latus, expallens, etiam rufescens uti Ag. nudus. — *Var.* colore multo dilutiore, lamel. planis emarginato - adnexis, primo griseis, dein aquose cinnamomeis. Sequens varietas tamen seorsum adnotari meretur:

β. *polychrous*, solitarius, pileo carnoso umbonato planiusculo fibrilloso fusco-griseo, umbone umbrino, lamellis confertis toto-adnexis purpureo-griseis, stipite farcto fibrilloso diluto purpureo.

In umbrosis rarius. Stipes subincurvus, 1 - 2 unc. longus. Lamell. planae, nec adscendunt, latiusculae, juniores aquose purpureae, adultae margine albicantes. Pileus junior aeq-

rinus, subcanescens, non violaceus. Sapor substypticus.

392. *incurvus*, solitarius, pileo carnoso umbonato dilute violaceo, lamellis emarginato-adnexis caesio-violaceis, stipite subtomentoso radicato, basi incurvo. *Syn. fung. p.* 342. *Ic. et Descr. fung. p.* 23. *t.* 7. *f.* 5.

Inter folia decidua crescit Ag. *phyllophili* adinstar. Stipes basi pallidus, 2-3 unc. longus, et totidem lineas crassus. Pileus subumbonatus, glaber, subflexuosus, 1-2 unc. latus.

β. monochrous, totus dilute violaceus, pileo obtuso (vix umbonato), lamellis toto-adnexis, stipite subsericeo, basi incurvo.

Circa Parisios repertus. Lamel. dente subdecurrunt.

393. *eumorphus*, pileo carnoso subhemisphaerico canescente dilute violaceo, dein fuscescente, lamellis subdecurrentibus violaceo-argillaceis, stipite elongato albido-violaceo. *Syn. fung. p.* 340.

In Germaniae fagetis. Stipes fragilis, 3 unc. longus, 3 lin. crassus. Lamell. horizontales, serrulatae. Pileus forma grata distinctus, 3 unc. fere latus, mollis.

394. *amethysteus*, pileo subcarnoso firmo subdepresso purpureo-violaceo, demum canescente, lamellis distantibus violaceis, dein farinaceis, stipite cavo longo fibrilloso conco-

lore. *Syn. fung. p.* 465. *Bull. t.* 570. *f.* 8. *Sowerb. t.* 187. *Schaeff. t.* 13. A. laccatus.

Provenit in sylvaticis umbrosis, aut ad terram, aut in truncis cariosis, subsolitarie.

Ag. *farinaceo*, cui cognatus, multo rarior est, a quo etiam differt, praeter colorem pulchre violaceum, pileo non squamuloso, et substantia tenaciore. Stipes longitudine variat, plerumque tamen 4 - 5 unc. longus, nunc crassitudine ubique aequalis, nunc superne attenuatus, nunc totus farctus, aut apice excavatus, basi incurvo - flexuosus villoque purpureo foliis siccis adhaeret. Lamellae crassae, violaceo - caerulescentes. Pileus fere ecarnis, sed non fragilis, aliquando striatus, et subpellucidus, unc. 1 - 1½ latus.

β. *ioides*, solitarius totus violaceo - purpureus, pileo hemisphaerico convexo, non umbilicato glaberrimo, lamellis confertis emarginato - adnexis, stipite elongato aequali fibrilloso - farinaceo.

Semel a me repertus in sylvis autumni initio. Stipes farctus, elasticus, 3 unc. longus, 2 - 3 lin. crassus, basi subincrassatus. Pileus laevis, rigidus, unc. 1½ latus, 4 lin. altus, siccus expallescit. — Ab antecedente, quocum colore et habitu convenit, differt pileo glabro, lamellis, quae etiam subrepandae.

γ? *purpurellus*, exiguus, pileo minuto umbonato pallido canescente, lamellis subemargi-

natis purpureo-violaceis, stipite brevi fibrilloso pallescente.

Et hunc fungum, forsitan specie diversum adhuc unica vice solummodo legi. Stipes 1½ unc. longus, lin. 1 crassus, aequalis. Lamel. satis latae. Pileus magis carnosus, glaber, 4 lin. latus.

††††††. *Fimbrilla. Pileus subcarnosus. Lamellae, utplurimum, basi venoso-conjunctae, margine fimbriis seu floccis dentiformibus appendiculatae.* (Calodontes Fries Syst. 1.)

395. *pelianthinus*, pileo striato convexo livido purpurascente, lamellis arcuato-adnexis purpureis nigro-dentatis, stipite aequali fistuloso. *Fries l. c. p.* 110.

Agaricus denticulatus. *Bolt. t.* 4. *f.* 1. *Syn. fung. p.* 423.

Hab. in Anglia, Gallia et Suecia, in quercetis. Stipes firmus, glaber, albicans, 2-3 unc. longus. Lamell. subdistinctae, ad latera nigro-punctatae, margine fimbriis nigris dentatae. Pileus semiglobosus, fragilis, expallens.

396. *crenulatus*, pileo carnoso subviscido striato purpurascente-badio, lamellis crenulatis latissimis, stipite fistuloso. *Fries. Schum. Saell. p.* 293.

In Daniae pinetis muscosis crescit. Stipes sublongus, aequalis, subfibrosus, basi attenuatus. Lamel. adnatae, triquetrae. Pileus 1-2 unc. latus, carne purpurascente. *Schum.*

* *denticulatus*, pileo subcarnoso viscoso umbrino, lamellis latis rotundato-adnatis denticulatis, stipite longo aequali fusco. *Schum. p.* 327.

Iisdem in locis, in Dania, occurrit. Stipes 4 unc. longus, 2 lin. crassus, fibrosus. Lamel. laxae, umbrinae. Pileus 2 unc. latus, primo convexus, dein explanatus subdepressus umbrino-badius, carne fusco. *Schum.* — Ab antecedente vix specie diversus videtur.

397. *pristoides*, pileo campanulato obtuso incarnato-livido, lamellis decurrentibus pallidis, margine purpureo, stipite fistuloso strigoso, basi incrassato. *Fries*, *p.* 113. †

Prov. in Sueciae truncis abietinis. Simillimus Ag. *rubro-marginato*, sed pileus laevis, stipes firmus et lamel. ut in congeneribus. *Fr.*

398. *marginellus*, (Persoonii), pileo subcarnoso campanulato albido-umbrino, lamellis arcuato-adnexis, margine fimbriato-umbrino, stipite subtuberoso piloso. *Syn. fung. p.* 309.

In Germaniae truncis abietinis. Stipes nitidus, 1½ unc. longus, lin. 1 crassus. Pileus ½ unc. latus.

399. *Schumacheri*, pileo carnoso campanulato laevi olivaceo-fusco, lamellis attenuato-adnexis, pallide virescentibus, margine aurantiaco, stipite strigoso.

A. marginatus. *Schum. p.* 298. A. aurantio-marginatus. *Fries l. c. p.* 113.

Hab. in Daniae et Sueciae pinetis. Stipes fistulosus, basi ventricosus. Lamell. ventricosae.

††††††† CHLOROPHANUS. *Pileo glabro, parum carnoso, decolorante, saepius lacerato-difformi. Lamellis versus stipitem saepius attenuatis, et venoso-connexis.* (Plerumque terrestres, viscosi, subserotini, locos graminosos, muscosos et subhumidos, inhabitant.)

* *Pileo cinereo.*

400. *irrigatus*, pileo campanulato livido, humido (subviscoso), lamellis distinctis arcuatis, stipiteque elongato albidis. *Synops. fung.* 1663.

A. *irrigatus*, pileo campanulato laevi, stipiteque aequali viscoso-lividis, lamel. distinctis fornicatis albidis. *Fries Syst. p.* 101.

In pinetis Germaniae, et in Sueciae pratis. Stipes cavus, 2 unc. longus, 3 lin. crassus. Lamel. subdecurrunt, 1½ - 2 lin. latae. Pileus subumbonatus, unc. latus.

Ag. *virginea* proximus ex Fr., sed lamel. non ita decurrunt, nec pileus plano-depressus et margine striatus fit, ut in nominato fungo.

β? *unguinosus*, pileo campanulato obtuso laevi stipiteque inaequali glutinosis lividis, lamellis adnatis venoso-convexis albis. *Fries l. c.*

In Scaniae nemoribus graminosis, humidis. Stipes cavus, utrinque subattenuatus, in-

terdum flexuosus, biuncialis, 3 lin. crassus. Lamel. ventricosae, distantes. Pileus ultra uncialis. *l. c.*

** *Pileo flavescente, virescente.*

401. *sciophanus*, subtestaceus, pileo convexo obtuso humido, margine striato, lamellis decurrentibus distantibus, stipite cavo aequali laevi. *Fries p.* 102. *Flor. Dan. t.* 1825. *f.* 2.

In Sueciae et Daniae graminosis. Affinis *A. pratensi* (ficoides) dicitur, nihilominus est medius inter *A. psittacenum* et *laetum*, qui vix ullam habent affinitatem cum specie citata, nisi loco natali. Color sordide fulvescens. Pileus leviter carnosus et viscosus, uncialis. Stipes 1½ unc. longus. *Fr.*

402. *laetus*, pileo convexo-plano viscoso flavo, lamellis distantibus decurrentibus incarnatis, stipite longo subtenace, pileo concolore. *Syn. fung. p.* 334. *Fries l. c.*

In pratis montosis provenit. Stipes dilute fulvus, apice purpurascens, pariter viscosus. Pileus subcarnosus, exsiccando striatus fit, vix unc. latus.

* *Cauvini*, gregarius parvus glutinosus carneofuscus, pileo plano tenace subumbilicato, lamellis distantibus subdecurrentibus, stipite cavo.

In Galliae (Mans) graminosis. Pileus 2-3 unc. latus. Stipes 1½ longus, vix lin. crassus. — Ex pluribus speciminibus siccis a D. Cauvin

transmissis, quae aqua humectata, colorem indicatum praebuerunt. Habitu antecedentis, an ejus *var.*?

403. *psittacinus*, gregarius parvulus totus viscosus, pileo umbonato stipiteque flavo viridique vario, lamellis aureis. *Syn. fung. p.* 335. *Schaeff. t.* 301. *Sowerb. t.* 82.

A. *chamaeleon*, carne viridiuscula vel rosea, pileo luteo et sensim virescente, lamellis adnexis, pileo concoloribus. *Bull.* — *Vent. Hist. p.* 562. *t.* 545. *f.* 1.

Hab. inter gramina, in sylvis et ericetis. Stipes elasticus, apice praesertim viridis. Lamellae leviter adnatae, crassiusculae, juniorum etiam virides, s. prasinae. Pileus exsiccando saepius etiam nigrescit.

404. *ceraceus*, totus laete flavus humidus, pileo fragili subcarnoso convexo-plano, lamellis emarginato-adnexis dilutioribus, stipite demum cavo fissili. *Jacq. Misc. austr.* 2. *p.* 105. *t.* 15. *f.* 2. *Sowerb. t.* 20. (stipite nimis longo.) *Grevill. Flor. Edinens. p.* 377.? (Stipes inaequalis. Lam. decurrentes).

A. *ceraceus*, pileo convexo-plano viscoso substriato luteo, lamellis adnato-decurrentibus distantibus stipiteque subinaequali flavus. *Fries Syst. p.* 102.? (Ob lamellas, *cet.* differt).

A. *chlorophanus*, pileo submembranaceo convexo striato viscoso stipiteque aequali laevi

flavis, lamellis adnexis albidioribus. *Fries p.* 105. (verus *ceraceus* videtur. Inter muscos)."

β. laceratus, luxurians, stipite denuo fisso et inflexo. *Syn. fung. p.* 337. *var. a* et *β*. *Bolton. t.* 68.

Crescit in graminosis, ericetosis, ad versuras sylvarum. Juniores, aut durante aëre humido, magis viscosi sunt. Lamell. distinctae. Pileus unc. 1 latus, in juvenili fungo aliquando umbilicatus.

405. *obrusseus*, aureo - luteus, pileo expanso laevi sicco flavo - lucido, lamellis adnatis ventricosis, stipite crasso compresso. *Fries p.* 104. *Battar. p.* 51. *t.* 19. *f. D.*

In nemoribus graminosis. Stipes 2 unc. fere longus, ½ crassus, cavus. Lamel. crassae, transversim venosae. Pileus fragilis, saepe inaequalis, humidus, 2 - 4 unc. latus. *Fr.*

406. *conicus*, pileo acute conico subviscoso (longitudinaliter striato) aurantio aut flavescente, lamellis erectis liberis flavidis, stipite longo aequali concolore. *Syn. p.* 535. *Schaeff. t.* 2. *Fries, p.* 103.

Agaricus croceus. *Bull. t.* 524. *f.* 3. A. aurantius. *Bolton. t.* 67. *f.* 2. *Sowerb. t.* 381. A. Hyacinthus. *Batsch. El. t.* 7. *f.* 28. (flavescens).

In pratis sylvaticis, muscosis fere ubique. Species sat pulchra; sed mutabilis praesertim in colore; aliquando tota fere nigrescit; (vid. Schaefferi ic. f. 9. et Bull. ic. cit. fig. M. et N.)

Stipes lutescit, dein subtortuosus. Lamel. ventricosae, in pilei ambitu latiores, etiam flavescente-lividae. Pileus fragilis, rufo-aurantiacus, dilute flavus, fuligineo-pallidus, etiam spadiceus a me visus, fractus lactescit succo flavo.

407. *coccineus*, gregarius nitens, pileo hemisphaerico subviscoso coccineo, lamellis distantibus venose convexis flavescentibus et subglaucis, stipite compresso coccineo. *Syn. fung. t.* 334. *Schaeff. t.* 302. *Fries p.* 105.

Agaricus coccineus. *Bull. t.* 570. *fig.* 2. A. *kermesinus. Flor. Dan. t.* 715. A. miniatus. *Scop. carm. p.* 442.

In pratis, locis graminosis apricis, passim in sylvis, crescit. Magnitudine variat, parum et colore; siccus expallens, etiam pileo depresso obvenit, nec non umbonato. Sequentes, uti videtur, merae varietates, commemorari interea merentur:

α. fulvus, pileo umbilicato stipiteque compresso fulvo, lamellis distantibus subdecurrentibus aurantiis. *Obs. Myc.* 2. *p.* 50.

β. discolor, minor, flavo-coccineus, pileo hemisphaerico disco plano, lamell. arcuatis toto adnexis albis, stipite subviscoso elongato coccineo.

Elegans. Stipes tenax, $1\frac{1}{2}$ unc. longus. Lamel. subdecurrunt, demum flavescunt. Pileus 4 lin. latus. Inter muscos repertus in sylvis. Forsitan A. coccineus, junior.

γ. *umbilicatus*, minor, pileo umbilicato ligneo-flavo, lamel. subdecurrentibus, stipite tortuoso tenuisculo subtenace.

Obs. D. Fries in suo libro saepius citato sequentes ab A. *coccineo* diversas considerat, qaus breviter transscribere vellem, ut ab aliis examinari aut confirmari possint:

* *puniceus*, pileo campanulato obtuso lobato aurantio-coccineo, lamellis adfixis adscendentibus flavis, stipite crasso ventricoso, basi albo. *Fries. Syst. p.* 104.

A. aurantius. *Flor. Dan. t.* 833. *f.* 1. (erronea). A. rigidus. *Bolton. t.* 43. (mala). A. coccineus. *Bull. t.* 202. (multo minor). *Nota*, haecce figura a Bulliardo ipso in *Ej. Hist. p.* 560. cum *tab.* 570. *f.* 2. A. *coccineo* conjungitur.

Stipes, quoad auctorem, apice saepe squamulosus, flavescens, aut pileo concolor. Pileus humidus subviscosus, dein siccus, expallens. Lam. variant albo-flavae et basi purpurascentes (ut in *coccineo*, a quo solummodo ob stipitem removetur).

* *miniatus*, pileo convexo sicco, demum umbilicato stipiteque subfarcto aequali tereti miniatis, lamellis simpliciter adnatis distinctis lutescentibus. *Fries l. c. p.* 105.

A. glutinosus. *Flor. Dan. t.* 1009. *f.* 2. A. flammeus. *Scop. Carn. p.* 443. Fungus parvus coccineus. *Vaill. Botan. p.* 66. (qui a Bulliardo ad A. coccineum adlegatur).

In sylvis, locis graminosis, frequentur tamen paludosis. Medius inter *coccineum* et *lae*-*tatum*. Stipes biuncialis, lin. 1 crassus, laevis apice demum cavus. Pileus vix unc. 1 latus, non vere viscosus, expallens. Lamel. non venis convexae, flavo-miniatae, etiam luteae. — An A. coccineus, *junior?* aut *var.* A. conici?

******** MYCENA. *Pileus membranaceus aut subcarnoso-membranaceus, margine plerumque sulcato-striatus, utplurimum conico-campanulatus, cum lamellis exsuccus marcescens. Stipes fistulosus, generatim elongatus.* Lamel. plerumque adnatae).

* *Pileo roseo, rubro, purpurascente, et rufescente.*

408. *purus*, *α roseus*, subsolitarius major, pileo carnoso-membranaceo campanulato, margine ruguloso-sulcato, lamellis distinctis emarginato-adnexis, basi venis conjunctis, stipite elongato glabro nitido. *Syn. fung.* p. 339. *Flor. Dan.* t. 1612.

Agaricus roseus. *Bull. Hist.* p. 473. t. 162 et 507. *Flor. Dan.* t. 1675. *f.* 1. *Sowerb.* t. 72. A. *incarnatus*. Relhan.

Frequens autumno in sylvis frondosis, ericetis muscosis, ad terram, inter folia decidua. Color quidem incarnato-roseus, sed etiam albicat. Pileus passim flavescit, etiam applanatus fit, in aliis umbonatus. Lamel. faciliter a stipite secedunt, in nonnullis sublineatim decur-

sunt. Stipes plerumque albicans, saltem pileo multo dilutior, basi villosus.

Obs. Sequentes, utpote solummodo colore diversi, sed lamellis basi dentato-venosis convenientes ut subspecies tamen adnotari et describi merentur.

γ. *janthinus*, purpurascens expallens, pileo subumbonato, margine striato, lamellis attenuato-adnexis, stipite glabro striato. *Fries l. c.*

In muscosis abiegnis, raro. Stipes sursum attenuatus, basi fibrillosus. Pileus nunquam (?) convexus, demum expansus, margine fisso. Lam. venis convexae. *l. c.*

δ. *pinitellus*, subgregarius minor, pileo convexo-plano carneo-purpurascente, lamellis laxis incarnato-griseis, stipite laevi aut substriato purpurascente.

Fere semper sub pinubus habitantem eum vidi. An idem ac *var. γ.* Stipes longitudine mediocris, opacus, fragilior. Variat pileo lamellisque subcaesus.

ε. *fuliginascens*, pileo campanulato subumbonato e fuligineo subnigrescente, lamellis albis nitidis, stipite mediocri crassiusculo e fuligineo purpurascente.

Prope Parisios in sylvis rarissime obvenit. Habitu omnino Ag. *rosei*, sed colore differt paulloque minor est. Pileus humectatus striatus fit. An lamellae etiam inter se venis connexae sint, in adversariis meis non adnotaveram.

ζ. griseus, minor, pileo planiusculo umbonato griseo, lamellis distinctis connexis (venis connexis) albis, stipite purpurascente griseo.

Pileus ½ unc. latus. Lamell. 2 lin. latae, dente decurrentes. Stipes 2 unc. altus, vix lin. crassus.

Obs. 2. Ex D. Fries, qui facultatem habuit icones cl. Schumacheri inspicere, etiam varietates A. *rosei* sunt sequentes: 1. A. *lilacinus*, dilute lilacinus, lamel. rotundatis liberis, stipite subclavato striato. *Schum. p.* 293. 2. *purpurascens*, sordide purpureus, pileo subcarnoso, lamellis adnato-decurrentibus, stipite longo fibroso tortili. *Schum. l. c.* 3. *dilutus*, pileo carnoso umbonato violaceo, margine substriato, lamellis latissimis subarcuatim attingentibus concoloribus, stipite utrinque dilatato obscure violaceo. *Schum. p.* 295. In sylvis locis humidis, in Dania. — Color nimis recedit, et an lamell. venose conjunctae sint, non memoratur. Hi fungi ulterius examen omnino merentur.

409. *tephireus*, gregarius fragilis, pileo obtuso albo-incarnato, margine striato, lamellis adnatis linearibus albis, stipite striato squamuloso lilacino. *Fries l. c. p.* 147. *Ej. Obs.* 2. *p.* 161. A. spinipes. *Sow.*

In hortis, alnetis, fagetis ac pinetis, in Suecia, vulgaris, Jul. — Nov. Stipes basi incurvus et lanatus, apice albo-squamulosus.

Lamel. secedentes, saepe venis connexae. Pil. unc. 1 latus, etiam livido roseus, disco fuscescens. *loc. cit.* Stipite squamuloso ab A. *roseo* praecipue differre videtur.

410. *Adonis*, gregarius, pileo membranaceo campanulato albido, roseo laevi, lamellis uncialis albido-roseis, stipite elongato laevi glabro arhizo. *Fries Obs.* 2. *p.* 160. *Ejusd. Syst.* 1. *p.* 152. (Excl. viridulo.)

A. *Adonis*, exiguus, stipite fistuloso nudo, pileo subcampanulato, lamellis angustissimis liberis, nec basi adnexis. *Bull. Hist. d. Champ. p.* 445. *t.* 560. *f.* 2.

In sylvis, ad terram, plerumque solitarius. Stipes subaequalis, plerumque niveus, aliquando dilute roseus, aut ferrugineo-lateritius. Lamel. numerosae, angustissimae, non basi aduncae, nec apice latiores, liberae. *Bull.* Lamel. alternae, distantes, uncinato-affixae. *Fr.*

Obs. Differentia adest praesertim in lamellis inter fungum gallicum et suecicum. Ceterum species mixta et dubia videtur, a qua omnino separanda var. *viridis* pileo striato, etc. diversa.

411. *sertulatus*, fasciculatus majusculus, pileo acute conico laevi utrinque roseo, stipite fistuloso aequali luteo. — *Mich. Gen. p.* 193. *t.* 78. *f.* 3.

In resectis tabescentibus truncis oritur, in Italia, veris tempore. *M.* Habitu et magnitudin

dine A. *teneri*. Plura individua, ultra duodena, in fasciculum acervata et e ramo prodeuntia icon exhibet.

412. *variegatus*, subgregarius, pileo subcampanulato carnosulo subumbonato albido lineolis vel lituris rubicundis variegato, lamellis decurrentibus stipiteque elongato albis. *Syn. fung.* p. 392.

A. *Tentatula*, exiguus stipite fistuloso, pileo subalbido semiorbiculari lineato, lamellis curvilineis, basi declivibus. *Bull. l. c. p.* 449. *t.* 56*b*.

In sylvarum locis herbosis. Pileus primo suborbicularis, demum complanatus, in nonnullis umbilicatus, in aliis mammosus, lineatus seu veluti striatus, 2-5 lin. latus, carne crassiuscula. *B.*

413. *strobilinus*, coccineus, pileo acute umbonato, margine striato, lamellis adnatis, margine obscuriore, stipite firmo, basi albo-strigoso. *Fries*, *p.* 150. *Syn. fung. p.* 393. *Consp. fung. p.* 197.

Agaricus coccineus. *Sowerb. t.* 197. A. rosaceus. *Schum. p.* 291.

In Angliae, Germaniae et Sueciae pinetis ad strobilos, ramulos et acus, frequentior in fagetis umbrosis ex D. Fries. Stipes firmus, solidus, deorsum subincrassatus, lana densa obsitus et caudatus. *Consp.*

414. *rosellus*, roseus, pileo obtuse umbonato

striato, lamellis adnatis, margine obscuriore, stipite tenui, basi albo-villoso. *Fries l. c. Syn. fung. p.* 393. *Consp. l. c.*

In Germaniae et Sueciae pinetis, subhumidis. Pileus 2 lin. latus, campanulatus, papillatus. Lamel. arcuato-adnexae. Stipes filiformis, pallescens, aut secundum Consp. dilute rosellus.

β. *rhodellus*, gregarius, pileo campanulato obtuso laevigato pallide roseo, lamellis distinctis adnexis dilutioribus, stipite mediocri caudato, pileo concolore.

An huc Ag. fistulosus. *Bull. t.* 518. *f. P.?* Prope Parisios, inter folia arida. Pileus 4 lin. latus, 3 altus, umbone obtuso. Stipes 2 unc. fere longus, lin. 1 crassus, cauda pilosa.

415. *phyllogena*, subgregarius, pileo tenerrimo campanulato brevi umbonato albido-incarnato, lamellis adnexis angustis albis, stipite mediocri sublivido, basi abrupto.

Aestatis fine in umbrosis ad folia putrescentia (circa Parisios). Fungi juniores livide purpurascentes et stipites in minus adultis livido-fuliginei, in exsiccatis fusco-purpurascentes; longitudine semiunciales, ½ lin. crassi, aequales. Lamell. lineares, distinctae, non venose convexae, plures integrae. Pileus 4 lin. latus, dein magis expansus, umbone tunc subobsolete, ecarnis, glaber, exsiccatus magis rubescit, sed opacus.

416. *stipularis*, tenellus, pileo convexo laevi,

lamellisque distantibus integris roseis, stipite capillari flavescente. *Fries Syst. p.* 160.

Cresc. in Sueciae nemoribus humidis ad stipulas. Stipes uncialis, subflaccidus, lente pubescens. Pileus demum depressus, 1-2 lin. latus. Lamel. suberectae, latiusculae, plerumque sex. *l. c.* Solummodo differre videtur ab Ag. *rugato* colore.

417. *filicinus*, pusillus totus roseus, pileo campanulato laevi, lamellis distantibus adnatis subdecurrentibus stipite tenui glabro, basi tumida strigosa. *Tab. XXVIII. fig.* 6. (*b. lente aucta.*)

Agaricus filicinus. *Sprengel Syst. Veg.* 4. *p.* 438. A. rosellus. *Wither. Arrang. p.* 237. A. pterigenus. *Fries l. c. Ejusd. Obs.* 1. *p.* 43.

Proven. in Suecia et in montibus Vogesorum in Filicum stipitibus et inter muscos. Stipes tomento strigoso patulo plerumque insidens. Pileus, ex Fries, dein umbilicatus et lamel. adnato-decurrentes. Species pulchella.

418. *juncicola*, tenellus, pileo convexo (hemisphaerico) striato rufescente, lamellis distantibus albidis integris, stipite capillari fusco. *Fries l. c. Michel. gen. pl. t.* 80. *f.* 9.

In foliis putridis Junci articulati, gregarius. Stipes glaber, ½ unc. longus. Pileus dein subdepressus, lin. 1 latus. Et hicce fungillus, praeter colorem, ab A. *aciculari* Hoffm. vix differt.

419. *sanguinolentus*, tenuis, pileo striato rubello, lamellis atropurpureo-marginatis, stipite succum rubellum stillante. *Fries*, *p.* 149. *Consp. fung. p.* 196.

In Germania et Suecia, inter Sphagna aliosque muscos palustres et in locis udis sylvaticis provenit sparsus. Stipes debilis, 2-4 unc. longus. Lamell. latiusculae, dilute purpurascentes, linea atropurpurea margine pictae. Pileus late campanulatus, ad umbonem usque striatus, subpurpurascens, margine saepius quoque atropurpureo. *Consp.*

* *cruentus*, solitarius, pileo primum conico, dein expanso obtuso rufo-badio, lamellis confertis linearibus albidis: margine concolore, stipite succum rubellum stillante. *Fries l. c.*

Terrestris inter fol. abietina. Medius inter antecedentem et sequentem, cujus *var.* videtur, loco natali praesertim diversa. Stipes sat firmus, 2-3 unc. longus. Pileus 3-4 lin. latus ac altus, margine integerrimo. *Fr.*

420. *Haematopus*, caespitosus submagnus, pileo carnoso-membranaceo ex albido rufescente, lamellis adnexis albidis, stipite tenui subrufescente laticem rubrum stillante. *Syn. fung. p.* 379. *Consp. fung. p.* 192. *Fries*, *l. c.*

In Germania et Suecia ad truncos abietinos et fagineos. Stipes basi strigosus, 2 unc. longus. Lamel. subfimbriatae ex *Syn.* Pileus

hemisphaericus, et secund. Fries etiam albidus, margine saepius dentato. Totus fungus succum crebrum intense purpureum promit. *Consp.*

421. *rubro-marginatus*, pileo obtuso striato rubescente-livido, lamellis adnatis albidis purpureo-marginatis, stipite rigido glabro (exsucco). *Fries l. c. p.* 150. *Ejusd. Obs.* 1. *p.* 42. † (Conf. A. pristoides).

In sylvis abiegnis et in alnetis ad strobilos et ramos non raro, in Suecia. Habitu Ag. *galericulati.* Stipes laevis, saepe incurvus. Pileus campanulatus. Lamel. demum griseae, distantes, dente decurrentes. *l. c.*

** *Pileo fuscescente, livido, griseo-cinereo aut colore obscuriore.*

422. *alliaceus*, solitarius terrestris, pileo campanulato fuscescente substriato, lamellis albidis, stipite elongato glauco-nigrescente radicato, basi strigoso. *Syn. fung. p.* 375. *Obs. Myc.* 2. *p.* 54. *Jacq. Flor. Austr. t.* 82. *Flor. Dan. t.* 1251. *Fries Syst.* 1. *p.* 140. *Consp. p.* 190.

Hab. in Europ. boreali plerumque inter folia faginea, rarius ad ligna et passim in pinetis, aestate et autumno. Stipes rigidus, procerus, pruinato-velutinus, in lignis, si provenit, radicem longam exserit (*Consp.*) Pileus dein planiusculus, subumbonatus, laevis vel obsolete striatus, tempore humido fuscescens, sicco ex-

pallens, latitudine unciali. Odor fortis, alliaceus.

An lamellae revera liberae sunt, uti profert D. Fries? In specimine exsiccato mihi adnatae apparuerunt.

423. *galericulatus*, *α. clypeolatus*, caespitosus, pileo campanulato umbonato livido-fuscescente sicco, lamellis uncinatis albis (passim subincarnatis), stipite laevi, basi strigoso caudato. *Syn. fung. p.* 376. *Obs. Mycol.* 2. *p.* 57. *Schaeff. t.* 52. *Flor. Dan. t.* 1790.

Agaricus campanulatus. *Linn.* Ag. mamillaris. *Hoffm. Nomencl. fung. t.* 4. *f.* 1. A. pseudo-clypeatus. *Bolt. t.* 154. A. fistulosus. *Bull. t.* 518. *f.* 2. (var. communis).

Ad truncos provenit, caeteris major et umbone satis magno distinctus. Differt ab A. *radicato*, cui, magnitudine minore excepta, non dissimilis, pileo non viscoso, lamellis haud subdecurrentibus et radice strigosa.

β. aestivus, solitarius terrestris, pileo umbonato cinereo-livido dilutiore, lamellis candidis latioribus, stipite breviore subradicato: radice arcuata pilosa. *Obs. Mycol.* 1. *p.* 9. *Syn. fung. p.* 378.

Aestate jam provenit in pinetis ad terram quidem, sed stipite adhaeret ramulis subjacentibus, terra foliisque acerosis tectis; hic 2 ad 2½ unc. longus, 2-3 lin. crassus, satis firmus et

laevis. Pileus magis carnosus et latior est quam in *var.* *α*, coloreque dilute griseo.

γ. Senecio, pileo brevi campanulato obtuse umbonato pruinato-canescente plicato-striato, lamellis subdistantibus albidis, stipite longo radicato pileo concolore. (Rarius in sylvis obvenit.)

δ. lutescens, pileo carnoso-membranaceo hemisphaerico vix umbonato sublutescente, lamellis albidis subincarnatis, stipite firmo radicato pileo concolore.

Ad terram aut ad latera truncorum satis frequens observatur, medio autumno. Pileus vix striatus, non campanulatus, plerumque obtusus. — An huc forsitan trahendus Ag. *proliferus* Sowerb. t. 169.? numerosa sobole insignis, et in Anglia, intra terram sabulosam progerminans, repertus.

ε. vulgatus, cespitosus minor, pileo campanulato obtuso subumbrino, stipite subaequali.

Agaricus galericulatus. *Sowerb. t.* 165. (optima.)

Sero autumno ad truncos locis sylvaticis umbrosis. Distinctam forte speciem sistit, cum vix umbonatus sit, et multo minor quam *var.* *α*; sed lamellas easdem habet. Fungilli juniores fere nigricant.

ζ. Myurus, stipite elongato toto villoso caudato, pileo campanulato laevi ochraceo-fusco. *Hoffm. Fung. subterrar. p. 5. t. 3.*

In Hercyniae fodinis columnis ligneis semiputridis gregatim adnasci amat. E compacta, brevi, ac tomentosa radice plures fasciculati et inter se connexi villoque intertexti egrediuntur stipites, teretes, apice nudi, reliqua parte tecti villosa hirsutie, flexuosi et in unum latus inclinant. Pileus dilute fuscus, seu ochraceo-ferrugineus, in carneum tendens, junior cylindricus, adultus conum obtusum admodum dilatatum format; senescens in campanulatam figuram explicatur, umbone hinc inde prominulo. Lamellae prope stipitem decurrunt, colore ex albido levissime carneae. *Hoffm.* — Certis caracteribus a specie sub diu crescente differt, sed hoc forte a loco alieno dependet.

Obs. Datur adhuc varietas laete *ferruginea*. *Bull.* *t.* 518. *f.* *F.* *E.* magnitudine et forma prioris, a me nondum reperta, et alia tota alba: A. *cucullatus.* *Fries Obs.* 1. *p.* 147.; nec non altera stipite radicato flavo-coccineo notabilis: A. *epigaeus.* *Obs. Mycol.* 2. *p.* 58. *Syn. fung.* *p.* 377. Fatendum interea est, plures alias sic dictas varietates a nonnullis auctoribus extra modum supra hanc speciem accumulatas esse, praesertim a Bulliardo, qui non solum diversas species in una tabula (518.) sub nomine A. *fistulosi* conjunxit; sed ut mera synonyma plurimas legitimas species adponere non dubitavit.

424. *areolarum*, cespitosus numerosus, pileo campanulato fuligineo, umbone subumbilica-

to umbrino, lamellis emarginato-adnexis albis, stipitibus subradicatis cohaerentibus dilute badiis, basi tomentosis.

Inveni singularem hanc speciem in horto quodam, ad latera areolarum lignearum, mense Octobri. Individua numerosissima, fere centena, cespitem efficiebant dense stipatum, odorem fortem exhalantia, saporeque fastidibili distincta. Pro cetero Ag. *galericulato* non dissimilis, sed lamellarum cohaesio paullo diversa. Stipes leviter striatus, subnitens.

Obs. Fungus Vaillantii (*Botan. t.* 12. *f.* 3. *et* 4.) verisimiliter idem fuerit; nam ut propriis ejus verbis utar, dicit *l. c. p.* 73. Il naist aux planches pourries des plates bandes; il en vint jusqu'à 20 ou 30 en un seul paquet. Le pedicule est chatain-foncé par le bas; il soutient un chapeau chatain-clair, tirant sur le roux sur les bords, dont le bout s'enfonce en manière de petit nombril.

425. *rhizogeus*, terrestris sparsus, pileo campanulato umbonato fuligineo-nigricante: ambitu albo-fuligineo, lamellis niveis, basi oblique emarginato-attenuatis adnexis, stipite elongato aequali albo-fuligineo subcaesioque, radice subfusiformi.

Autumni initio in sylvis aut ad earum margines in ipsa terra, nec ad truncos aut ramulos dejectos provenit. Stipes 3 unc. longus, lin. 1 fere crassus, basi subfibrillosus, ejusque pars ra-

dicalis, brevi-fusiformis, per materiam viscosam, quam forte exsudat cum terra circumdante ita agglutinatur, ut haec nec aqua separari possit. Pileus 4 lin. altus et latus, leviter striatus.

426. *atro-albus*, pileo laevi nigricante, margine lamellisque liberis albicantibus stipite basi tumido strigoso. *Fries p.* 141. *Bolton t.* 137.

Cresc. in Anglia et Suecia ad terram et ad stipites locis umbrosis, saepe udis, Aug. — Nov. Solitarius aut gregarius, sat firmus. Stipes 2-3 unc. longus. Pileus obtusus. *Fries.*

β. hyemalis, caespitosus truncigenus serotinus, stipite radicato, basi primo valde tumido, pileo intense nigro, dein versus marginem livido-caeruleo.

Agaricus atro-albus. *Consp. fung. p.* 192. Truncis putridis praesertim abietinis innascitur, locis umbrosis humidis, Novembr. Decembr., unde vitam per hyemem pluviosam producens, etiamnum invenitur Mart. — Aprili. *Consp.* — De lamellis nihil dicitur.

427. *stenopodius*, pileo campanulato umbonato fuscescente, lamellis simpliciter adnatis subangustis, stipite longissimo aequali basi strigoso brevi caudato.

Agaricus filopes. *Bull. t.* 320. videtur.

Prov. passim ad terram. Stipes fere spithamaeus, sed vix lin. crassus, apice tamen paullo tenuior, pileo concolor. Pil. 3-4 lin. ad ½ unc.

latus, hemisphaericus aut campanulatus. Lamel. in fig. Bull. etiam adnatae et versus pilei marginem latiores.

428. *filipes*, pileo campanulato obtuso striato livido-fusco, lamellis liberis ventricosis albis, stipite longo laevi, radice pilosa. *Fries l. c. p.* 142. (A. filopes), excl. Syn. Bull. †

Agaricus membranaceus. *Hoffm. Nomencl. fung. p.* . *t.* 6. *f.* 1. A. pilosus. *Batsch. El. fung. t.* . *f.* 2. *ex Fr.*

Cresc. ad terram locis humidis sylvarum. Stipes longus et ultra tenuis, albo-lividus vel fuscus. Pileus junior conicus, dein campanulatus, colore varius ½ unc. fere latior. *l. c.* Lamell. ex fig. Hoffmanni prope stipitem multo latiores, uti lamellis liberis convenit.

429. *uranius*, pileo striato obscure violaceo, lamellis uncinatis albis, stipite flaccido laevi arhizo atro-cyaneo. *Fries Obs.* 2. *p.* 156. *Buxb. Cent. IV. t.* 8. *f.* 2.

Inter folia decidua, Aug. Novembr., in Suecia. Stipes filiformis, aequalis, tenax, eradicatus, 2-3 unc. longus, junior atro-cyaneus. Pileus campanulatus, junior atro-cyaneus, dein violaceus, demum expallens, lilacinus, 3-4 lin. latus. *l. c.*

430. *polygrammus*, subgregarius, pileo conico-campanulato subcinereo, lamellis adnexis albis, stipite rigido striato-sulcato nitente. *Syn. fung. p.* 377. *Bull. t.* 395. *Ejusd.* A. fi-

stulosus *t.* 518. *f. h.* *Sowerb. t.* 222. *Flor. Dan. t.* 1615. *f.* 1.

Satis communis autumno reperitur ad terram, in sylvis, ubi tum solitarius, tum gregarius crescit. Stipes elongatus, etiam basi incrassatus et strigosus, variat colore argente-caesio, et livido. Pileus firmus, ½ unc. latus, rarissime totus niveus.

431. *atro-cyaneus*, pileo obtuso stipiteque brevi subpruinatis striatis nigricantibus, margine (pilei) lamellisque subadnexis albidioribus. *Fries p.* 147. *Batsch. El. Cent.* 1. *p.* 101. *t.* 18. *f.* 87.

A. *Batschii*, solitarius atro-cyaneus, pileo cucullato striato, margine lamellisque dilutioribus, stipite mediocri striato. *Fries Obs.* 1. *p.* 47.

In graminosis locisque umbrosis ad terram.

"A. *atro-albi* formam minimam refert. Stipes vix radicatus, aequalis, obscure cyaneo-violascens, 1-2 unc. longus. Lamel. cyaneae, margine albido. Pileus non umbonatus, 3 lin. magnus, dein expallens cinerascit."

432. *avenaceus*, pileo obtuso fuscescente, lamellis adnatis linearibus candidis, margine fusco, stipite laevi fragili splendente. *Fries l. c. p.* 150.

In Sueciae fagetis, inter fol. decidua. Gregarius, elegans, fragilis. Stipes radicatus, basi fibrillis laxis pilosis, cinereus, triuncialis. Pi-

leus campanulatus, caesio-lividus leviter striatus, 4-6 lin. altus. *l. c.*

β. vitreus, pileo obtuso lineato-striato fusco-livido, lamellis adnatis linearibus albidis, stipite substriato livido splendente. *Fries p.* 140.

In Sueciae pinetis locis humidis. Gregarius, exsuccus, fragilis. Stipes deorsum fibrillosus. Pileus campanulatus, etiam caesius. Lam. distinctae, margine concolore. *Fr.*

433. *plexipes*, pileo umbonato substriato fuligineo, lamellis attenuatis albis, stipite e fibris implexis striato-sericeo livido. *Fries l. c. p.* 140. *Michel. t.* 79. *f.* 8. *ex Fr.* A. inodorus. *Schum. p.* 270.

In fagetis, circa truncos, locisque graminosis. Stipes vix radicatus, 3 unc. circiter longus, 1-2 lin. crassus. Lamel. ventricosae, fere liberae, etiam glaucescentes. Pileus subrugosus, 1-2 uncialis. *l. c.*

434. *rancidus*, olidus firmus cinereus, pileo umbonato laevi, lamellis ventricosis cinereis liberis, stipite radicato laevi. *Fries p.* 141.

In Suecia ad truncos, etiam in pinetis vel pratis muscosis, ad terram. Odore farinae recentis. Stipes rigidus, radice fusiformi villosa. Pileus disco carnosus, late et obtuse umbonatus fuligineus, sed mucore peculiari albescit. *Fr.*

435. *alcalinus*, olidus, pileo obtuso striato cinereo, lamellis adnatis ex albo glaucis, sti-

pite laevi aequali firmo, basi villoso. *Fries* *p.* 142. *Ejusd. Obs.* 2. *p.* 15.

Ad terram et truncos ubique in Suecia. Odore nitroso et sapore ingrato distinguitur; forma A. *galericulati*, sed tenuior, colore variabilis pilei nigricante, rufo, flavo-livido, pallido, stipite luteus, cinereus, etiam adest *var.* tenuis, tota albida. *Fr.*

436. *laevigatus*, subgregarius terrestris, pileo campanulato obtuso laevi albo-cinereo, lamellis toto-adnexis albidis, stipite non radicato basi piloso-fibrilloso. *Syn. fung.* *p.* 380.

Agaricus metatus. *Fries Syst.* 1. *p.* 144.? excl. Syn. Flor. Dan.

In pinetis ad terram, sero autumno. Stipes rigidus, biuncialis, pallens. Lamell. distinctae. Pileus ½ unc. magnus, cinerascens, et in Suecia variat, argillaceus, flavus et incarnato-pallidus.

437. *exasperatus*, fragilis tenerrimus, pileo dein planiusculo fusco-griseo obsolete striato, disco papillis elevatis, lamellis confertis emarginato-adnexis subincarnatis, stipite longo subfarinaceo griseo. †

Rarissime in sylvis ad terram, hucusque semel mihi obvius prope pagum Meudon. Stipes subradicatus, basi strigosus, 4-5 unc. longus, 2 lin. crassus. Lamel., ob pileum, subconvexae. Pileus laevis, in adultis planus, disco

obscurior. An forsitan Pratellae species? e longinquo interea habitu A. *galericulati* est.

438. *amygdalinus*, gregarius, pileo campanulato ruguloso-sulcato sordide gilvo, umbone crassiusculo prominente dilute brunneo, lamellis adnexis rectis albidis, stipite mediocri ligneo-pallido subnitido, basi strigoso.

Prope Parisios, in sylvula Meudon, sub pinubus, sero autumno, inter folia acerosa, ubi plurima individua simul crescunt, sed singulum solitarie. Forma sat grata. Odor peculiaris, fere ut in Amygdalo amaro, et sapor virosus. Stipes firmulus, 2½ unc. longus, ½-1 lin. crassus. Lamel. uncinato-adnexae. Pileus conico-campanulatus, basi ultra 4 lin. latus, ½ unc. altus, subnitens, umbo ipse conspicuus, 1½ lin. altus et latus.

439. *griseus*, sparsus solitarius terrestris, pileo campanulato obtuso obsolete striato, lamellis distinctis uncinato-adnexis albis, stipite aequali abrupte caudato basi fibrilloso.

A. *griseus*, pileo conico-explanato umbonato opaco plicato, stipite elongato, basi affixa fibrilloso. *Batsch. El. fung. Cont.* 1. *p.* 87. *t.* 17. *f.* 80.? (icon satis convenit, sed locus natalis in sylva abiegna diversus).

Inveni meum fungum in graminosis, terrae aut quisquiliis adnatum, ad latera sylvarum, autumno. Stipes 3-4 unc. altus, sed tenuis ½ lin., colore nunc argenteo-albicans, praesertim

a medio ad apicem; nunc subumbrinus imprimis deorsum, exsiccando flaccidus. Lamel. subangustae. Pileus aequalis, 4 - 5 lin. altus et latus.

440. *erasus*, pileo hemisphaerico griseo-expallente, lamellis emarginatis dente decurrente stipiteque laevi basi compresso dilutioribus. *Fries* p. 145.

In Sueciae pinetis junioribus montosis. Stipes junior flocculoso farctus, attenuatus, glaber, albido - cinereus, 3 unc. longus. Lamel. 2 lin. latae, albido - griseae. Pileus junior subinde papillatus, dein explanatus et subdepressus, humidus striatus griseus, siccus laevis, canescens, uncialis. *Fr.*

441. *leptorhizus*, pileo planiusculo, circa umbonem subdepresso fuligineo - griseo; umbone parvo subumbrino, lamellis toto - adnexis subventricosis obscure cinereis, stipite elongato laevi caudato - radicato: radice tenuissima.

Rarius ad terram in sylvis provenit. Stipes, una cum radice, 5 unc. longus, lin. 1½ crassus. Lamell. subserratae, fuligineo - cinereae, exsiccando margine albescunt. Pileus unc. 1 fere latus, junior hemisphaericus, uncialis fere. Fungillus satis pulcher, forma pilei et lamel. colore ab A. *galericulata* discrepans.

* *eriorhizus*, subparvus fasciculatus, pileo campanulato dein hemisphaerico fuscescente, lamel-

mellis simpliciter affixis dein griseis, stipite aequali tenui radice albo-lanata.

Ad terram inter muscos, stipulas etc. Stipites basi lana alba conjuncti, una cum parte tomentosa 3 - 4 unc. longi, ½ lin. crassi, pileo concolores. Lamel. confertae, in pileo margine latiores. Pileus ½ unc. latus, demum applanatus, exsiccatus fere umbrinus, subfarinaceus. (*Ex specim. sicco.*)

442. *pruinatus*, subgregarius parvulus, pileo campanulato subpapillato toto fere sulcato obscure umbrino, lamellis distantibus toto-adnexis albidis, stipite brevi radicato pruinato, pileo concolore exsucco.

Species pulchella parce crescit, autumno, ad terram, passim in truncis carie emollitis. Pileus 4 lin. ad ½ unc. altus, glaber, sed pruina tenui obtectus, fuligineo-nigricans. Lamel., pro fungi parvitate, crassiusculae, lanceolatae, subfarinoso-glaucae. Stipes 1½ unc. longus, ½ - 1 lin. crassus. Sulci in pileo tumiduli, etiam bifidi, ad apicem prolongati.

443. *galopus*, subsolitarius terrestris, pileo campanulato glauco-nigrescente, lamellis subdistantibus adfixis albido-cinerascentibus, stipite succo lacteo scatente. *Syn. fung. p.* 379. *Obs. Mycol.* 2. *p.* 56. *Flor. Dan. t.* 1550. *f.* 2.

In sylvis acerosis et frondosis, inter muscos et gramina. Stipes tenuis, aequalis, obscure cinereus, paullo nigricans; aliquando ultra

medium pilis longis obsitus. Lamel. angustae, uncinato-adnexae, albae, etiam cinereae. Pileus pruinatus, var. sordide albus, apice nigricans, glauco-cinereus, aut totus cinereus, latitudine 4-5 lin.

β. pilosus, parvus, pileo papillato subhemisphaerico, lamellis distinctis adnexis albidis, stipite longo tenui, basi villoso subexsucco. *Syn. fung. p.* 380.

Agaricus galericulatus, *γ. Fries p.* 144. (excl. Syn. Michelii).

Solitarie plerumque crescit, foliis ramulisque dejectis arcte adhaeret, villo strigoso. Stipes subfuligineus, satis longus, sed vix lin. crassus, subrepens, exsuccus aut lactescens, pro tempestate aut loco sicco aut humido. Lamellae toto, sed non uncinato-adnexae. Pileus valde tenuis, brevis, 4-6 lin. latus, campanulato-subhemisphaericus, nunc griseus, nunc albidus, papilla saepius spadicea, etiam caesius, lamellis basi subvenosis.

444. *epibryus*, pusillus, pileo campanulato vix umbonato griseo, lamellis uncinato-adnexis stipiteque filiformi basi strigoso albis.

Super truncos muscosos, autumno. Stipes ultra unc. longus, aequalis. Pileus vix 2 lin. latus, opacus, in nonnullis individuis quasi sericeo-fibrillosus.

445. *quisquiliaris*, minutus sparsus, pileo subcampanulato obsolete papillato fuscescente

opaco, lamell. adnatis distinctis latiusculis, stipite sublongo aequali filiformi lutescente fusco.

Nascitur in sylvis inter teneros ramulos dejectos, stipulas, folia etc., supra quae se tamen erigit stipite sat longo 2-3-4 unc., sed vix ½ lin. crasso, basi non radicata, villoso-fibrilloso. Pil. lin. 1-1½ latus, unicolor opace fuscus, passim ad lutescentem vergens. Lamel. parum modo decurrunt albido-pallens.

446. *corticola*, sparsus minutus fuscescens, pileo hemisphaerico obtuso, sicco striato-plicato, lamellis uncinato-affixis leviter decurrentibus, stipite brevi incurvo glabro. *Syn. fung. p.* 394. *Fries p.* 159.

Agaricus corticalis. *Bull. t.* 519. *f.* 1. *a. b. Sowerby t.* 243.

Vulgaris ad cortices muscosos arborum vetustarum, autumno et durante hyeme. Ad minimas species attinet. Pileus vix plus lin. latus, aliquando subumbilicatus, plerumque opace fuscus, interdum albido-pallens, et secundum Fries, quod a nemine adnotatum invenio, etiam occurrit, incarnatus et cyaneus. Stipes plerumque unc. longus, aequalis.

Obs. In *Conspectu fungorum*, *p.* 198. historiam hujus spei breviter, sed exacte, enarrata est sequenti modo: Cortices amat vetustos muscosos arborum frondosarum, *Tiliae*, *Quercus* etc. quos copiose incolit, sed difficilior in-

dagata. Non enim tantum inter Lichenes et Muscos semidelitescit, sed etiam, postquam inter ipsos imbres laete viguit, paucis jam horis serenis elapsis marcida adeo corrugata imminuitur, ut oculum minus attentum facillime fugiat.

447. *speireus*, pileo planiusculo striato cinerascente, disco fusco demum depresso, lamellis decurrentibus candidis, stipite albido. *Fr. Obs. Myc.* 1. *p.* 96.

"Ad truncos muscosos Quercos, et Fagi. Affinis Ag. *galericulato* et *supino*; crescendi modus Ag. *corticolae*. Stipes subradicatus, tenax. Lamel. subconnexae, distantes, juniores planae (hinc non uncinatae). Pileus obtusus, junior convexus, 3 lin. latus."

448. *setipes*, pileo convexo striato fusco, lamellis decurrentibus albidis (griseis in ej. Obs.), stipite longo filiformi griseo. *Fries p.* 159. *Ej. Obs.* 2. *p.* 163.

In umbrosis roridis, inter frutices *Rubi Idaei*. Paradoxa species, Ag. corticolae forte proxima. Stipes basi fibrillosus, tenax 3-4 unc. longus. Lamel. valde decurrunt. Pileus obtusus, leviter striatus, passim pubescens. *l. c.*

449. *supinus*, minutus, pileo obtuso striato griseo, lamellis subliberis ventricosis, stipiteque brevi incurvo albis. *Fries p.* 142. †

Agaricus pusillus. *Hoffm. Nomencl. p.* 200. *t.* 6. *f.* 5. Ag. griseus. *Flor. Dan. t.* 1551. *f.* 2.

Cresc. uti antecedens ad truncos vetustos Fagi inter Lichenes et Muscos. Stipes uncialis, subtenax, secund. Hoffm. fuscescens. Pileus campanulatus, etiam fuscescens. Hinc solummodo lamellis, ut dicitur, liberis a priore differt.

*** *Colore, praesertim pilei, virescente, pallido, flavescente aut citrino.*

450. *amictus*, gregarius, pileo obtuso striato livido-virente, lamellis liberis linearibus cinereis, stipite filiformi villoso-pulverulento, basi glabro. *Fries Syst.* 1. *p.* 141. *Hall. Helv. nr.* 2394.

Hab. in sylvis fagineis passim, etiam in pinetis. Stipes longissimus, lividus, radice longa, tortuosa, fere glabra. Lamel. cinereae, margine pallidiores. Pileus elegans, 3-6 lin. latus, variat caesius et pruinatus. *loc. cit.*

451. *chloranthus*, pileo obtuso striato viridi, lamellis adnexis albis, stipite laevi glabro virente. *Fries l. c. p.* 152. *Flor. Dan. t.* 1614. *f.* 2.

In Sueciae et Daniae nemoribus graminosis, Aug. — Sept. Stipes aequalis uncialis, basi pubescens, eradicatus. Lamel. rotundatae, secedentes, et, ut stipes albido-virentes. Pileus subcucullatus, disco carnosulus, 3-4 lin. altus. *Fr.*

452. *viridulus*, pileo campanulato striato virescente, lamel. uncinato-adfixis albis, stipite

pileo concolore. *A. Adonis Bull. t. 560. fig. P. Q. R.*

Prov. in Gallia ad ramos putrescentes, nec ad terram. Colore, pileo striato membranaceo, lamellarum forma, nec non loco natali, ab Ag. *Adonis* satis discrepat.

453. *elegans*, pileo campanulato umbonato livescente-flavo, lamellis dilute croceis, latere caesio-purpureis, stipite laevi rigido. *Syn. fung. p. 391. Conspect. fung. p. 196. Fries p. 149.*

Hab. in Germaniae et Sueciae pinetis, occurrit quoque in sylvis mixtis, inter folia arida. Stipes pileo subconcolor, biuncialis fere. Lamel. adnatae subcrassae. Pileus obtusus, subrepandus, margine flavicans, striatus, medio lividus, demum subapplanatus.

Obs. Ex D. Fries. Ag. *foeniculaceus* et *congener*. Schum. Flor. Saelland. p. 287 et 288. idem fungi essent; interea, praeter colorum diversitatem, inter se differunt praesertim in stipite, qui in *illo* utrimque subincrassatus est, superne pallidus, inferne fusco-umbrinus pilisque strigosis aurantiis cinctus; in *hoc* subbrevis est, superne fusco-umbrinus, inferne flavescens ac tomento flavo-ferrugineo vestitus. Odore foeniculaceo conveniunt. (*Schum.*)

454. *cimmerius*, pileo substriato flavo-fusco, lamellis adnexis ventricosis croceis: margine

pallido, stipite flaccido, basi fibrilloso. *Fries l. c. p.* 150.

Prov. in Sueciae fagetis. Magis gracilis est quam praecedens. Lamellae latiores et margine albo distinctae. Pileus subhemisphaericus, minor. Stipes 3 unc. longus. *l. c.*

455. *epipterygius*, subgregarius, pileo campanulato membranaceo obtuso laevi aut ruguloso subviscoso caesio-cinereo, lamellis distantibus uncinatis utplurimum albicantibus, stipite flavo viscoso. *Syn. fung. p.* 382. *Fries, p.* 155. *Sowerb. t.* 92. (A. nutans).

Non est rarus autumno pluvioso, ad ramos, stipites, quoque ad terram in sylvaticis, etiam ex Fries in pratis crescit. Stipes 3-4 unc. longus, ultra lin. crassus, aliquando vix viscosus, basi fibrillosus. Lamel. distinctae, albae, etiam caesiae et subincarnatae. Pileus junior stipitem dentatim arcte cingit, demum dentibus evanescentibus, margine sulcatus, $\frac{1}{4}$-$\frac{3}{4}$ unc. latus, colore var. flavo, rufo, cinereo.

Obs. Agaricus flavipes. *Schaeff. t.* 31. *Syn. fung. l. c.* mera antecedentis aut sequentis *var.* videtur.

456. *lineatus*, sparsus terrestris, pileo campanulato lineato opaco sicco griseo-flavescente, lamellis crassis distantibus albidis, stipite breviusculo subtenace lutescente. — *Bull. t.* 522.

Hab. ad terram inter muscos et tenuia gra-

mina. Stipes subnitens, fistulosus, unc. 1½ longus, ½ lin. crassus. Lamel. totae adnexae, passim venose conjunctae, cum tinctura rosea, rarissime eas margine subnigricantes vidi. Pileus 4 lin. latus, 3 altus, etiam flavus.

457. *luteo-albus*, pileo umbonato striato stipiteque tenui luteis, lamellis adnatis albis. *Fries p.* 152. *Bolt. t.* 38. *f.* 1.

In Anglia et Suecia in pinetis inter muscos. Stipes filiformis, subflexuosus, 1-2 unc. longus. Lam. latae distinctae. Pileus acute campanulatus, 3-4 lin. magnus.

458. *citrinellus*, gregarius minutus, pileo papillato striato stipiteque brevi subviscoso citrinis, lamellis uncinatis albis. *Fries, l. c. Syn. fung. p.* 384. *Ic. et Descr. fung. p.* . *t.* 11. *f.* 3. *Flor. Dan. t.* 1614. *f.* 1.

In pinetis ad terram, passim ad strobilos. Stipes basi fibrillosus, unc. 1 longus. Pileus hemisphaericus, subumbonatus, 2-3 lin. latus.

459. *ochraceus*, gregarius major, pileo tenui campanulato sublaevi dilute ochraceo, lamellis distantibus adnexis stipiteque albis.

A. *pumilus*, fragillimus, stipite fistuloso molli, pileo aquoso sulphureo nec striato, lamellis niveis falcatis liberis. *Bull. Hist. d. Champ. p.* 452-453. *t.* 563. *f.* 3.

Crescit pura haec species, sero autumno, aut ad basin arborum locis excavatis cariosis praesertim Ulmi, aut ad truncos muscosos; ob

diversum hunc locum stipes longitudine parum differt: in speciminibus terrestribus enim non-nunquam ad 3 unc. elongatus, sed in truncigenis, aëre libero expositis, plus minusve uncialis; glaber, sed basi fibrillosus, cavus. Pileus ecarnis, valde fragilis, subpapillatus, acute campanulatus, magnitudine a loco variat, a 3 lin. usque ad 5-6: margine tunc saepius inciso, recens laevis, sed in exsiccatis sulcatus est.

β? *rhizeus*, solitarius, pileo conico-campanulato umbonato laete ochraceo, lamellis toto adnexis albis stipite mediocri concolore, radice fusiformi.

In trunco putrido semel inventus, in quo radice fusiformi penetrat. Lamel. lineares, angustae. Stipes cum radice 3-4 unc. longus. Pileus valde fragilis ½ unc. fere latus.

Obs. A. *galericulatum* ob formam tantum refert, cum sequente colore convenit; hinc dubius adhuc est.

460. *hypnicola*, pileo hemisphaerico subpapillato dilute ochraceo vel subcitrino, lamellis adnexis stipiteque filiformi albis.

Autumno ad margines sylvarum, locis umbrosis inter Hypnum *purum*, praecipue adest. Stipes 1½ unc. longus, aequalis, vix ½ lin. crassus, basi villoso-fibrillosus, sed non caudatus, exsiccatus pallescens, subnitens. Pileus 1-2 lin. latus, ecarnis, recens fere laevis, exsiccatus

subtiliter striatus, usque ad ejus apicem, striis non prominentibus.

**** *Colore albo.*

461. *muscigenus*, tenellus albus, pileo hemisphaerico laevi, lamellis adnatis subconfertis linearibus, stipite setaceo flaccido. *Fries p.* 143. *Schum. Saell. p.* 307.

Ad truncos muscosos. Aug. — Novembr. solitarius aut gregarius. Stipes subradicalis, uncialis. Pileus primo globosus, demum convexo-planus, 1 lin. latus.

462. *naematopus*, solitarius aut gregarius candidus, pileo campanulato papyraceo sulcato-ruguloso, lamellis distinctis crassiusculis, stipite longo filiformi, deorsum subvilloso.

In foliis siccis. Pileus natura est sicca, valde tenuis, 2-3 lin. latus, e contrario, lamellae satis crassae, adscendunt. Stipes ultra 2 unc. longus, filo vix crassior.

463. *terrenus*, parvulus totus candidus, pileo campanulato laeviusculo papillato, lamellis distinctis latiusculis toto-adnexis, stipite brevi.

Ad terram nudam rarissime. Stipes unc. 1 longus, ½ lin. crassus. Lamel. adscendentes, lin. 1 fere latae. Pileus vix striatus, glaber, 2-3 lin. latus. An vera Mycena?

464. *Hoffmanni*, candidus, pileo conico-campanulato papilla fuscescente notato, lamellis

convexis liberis, stipite sublongo aequali glabro.

A. *papillatus*, stipitatus albus, papilla fuscescente notatus, lamellis convexis, stipite filiformi concolore. *Hoffm. Nomencl. fung. p.* 217. *t.* 3. *f.* 2.

Ad stipulas, in fol. putrescentibus inter muscos, Octobr. Pileus striatus, margine inflexo, subtiliter denticulato. Lamel. latiusculae, distinctae, liberae, prope stipitem convexae. *H.* — Sequente, ex icone, major, ac papilla distincta versicolore, nec non loco natali, satis ab hoc differre videtur, etiam lamel., ex h. autore, liberae.

465. *lacteus*, totus albus, pileo campanulato obtuse striato, stipite sublongo basi hirsuto. *Syn. fung. p.* 394. *Consp. fung. p.* 198.

Cresc. in pinetis ad terram, foliis acerosis, vel ramulis affixus. Lamel. adnatae, adscendunt. Var. pileo obsolete *papillato* (Ag. β. *pithyus Syn. l. c.*), de quo autores *Consp. fung.* dicunt: Stipes 1-2 unc. longus, gracilis, basi radiculis albis sericeis densis in orbem fere radiatis expansis acubus adhaerens.

β? *flavescens*, pileo subumbonato albo-flavescente, lamellis adfixis distinctis, stipiteque subrigido laevi albis. *Fries, p.* 152. (A. lacteus.) Exclus. synonymis.

In ericetis ad terram, etiam in pinetis Sueciae occurrit. Gregarius, varius, in ericetis a-

rhizus, in pinetis et inter folia putrescentia, subradicatus. Pileus dein expansus 3-7 lin. latus. Lamel. secedente-liberae, Stipes 1½-3 unc. longus, lin. vix crassus. *l. c.*

466. *carneolus*, solitarius, pileo campanulato fragili ruguloso ex albido subincarnato, lamellis distinctis albis, stipite subtenui villosulo pileo concolore.

In sylvis rarius, inter folia sicca, sub quibus stipes basi incurvatus, etiam ultra medium fere villo denso, sed tenui obtectus, longitudine fere 3 unc., sed filiformis. Pileus valde fragilis, junior apice fuscescens, 2-3 lin. altus.

467. *leucopilus*, sparsus subsolitarius, majusculus, pileo campanulato-subtereti umbonato albo, lamellis uncinato-adnexis, stipite sublongo basi strigoso. — *Mich. gen. t.* 73. *f.* 5.?

In sylvis frondosis ad ramulos dejectos. Octobr. Forma sat grata distinctus, totus albus, color tamen in pileo cum tinctura fuliginea mixtus. Stipes 3 unc. longus, ultra dimidiam lin. crassus, basi radicante crassiore. Lamel. sublatae. Pileus 4 lin. ad ½ unc. longus, 3-4 lin. latus, tenuis, sulcatus, obtuse, sed fere obsolete, umbonatus.

468. *albo-caesius*, gregarius pusillus, pileo hemisphaerico laevi pallide caesio, lamellis distantibus arcuato-adnexis subdecurrentibus, stipiteque tenui, sicco fragillimo albis.

In pratis, inter gramina ad foenisecium destinata. Stipes 1½ unc. longus, ½ lin. aut plus crassus. Lamel. subangustae, dein subdecurrentes. Pileus opacus, nonnunquam obsolete papillatus, humectatus etiam leviter viscosus, lacteo-caesius, 3 lin. magnus.

469. *vulgaris*, gregarius pusillus, pileo demum subumbilicato papillato subviscoso cinerascente, lamellis uncinatis albidis, stipite viscoso crassiusculo. *Syn. fung. p.* 394. *Ic. pict. fung.* 4. *p.* 47. *t.* 19. *f.* 3. *consp. fung. p.* 198. *Fries p.* 156.

In Europae borealis pinetis ad terram, autumno pluvioso. Stipes etiam cinerascens, basi strigosus, 1½ unc. longus, 1-2 lin. crassus. Pileus primo convexus, demum planus, medio subdepressus, humidus subviscosus, albo-griseus, passim subrufescens, 1 unc. latus.

470. *roridus*, solitarius, pileo campanulato dein umbilicato, lamellis decurrentibus candidis, stipite tenui flaccido glutinoso. *Fries Syst. p.* 156. *Ej. Obs.* 1. *p.* 84 *et* 85.

In Sueciae pinetis, locis praecipue umbrosis roridis, fol., ramulis et surculis diversarum plantarum adhaerens, vere et autumno. Totus candidus. Stipes capillaris, uncialis, glutine denso obtectus. Pileus sublaevis, siccus, junior subconicus, 2-3 lin. latus. *l. c.*

471. *torquatus*, albus, pileo obtuso plicato glabro, lamellis collario adnatis venose con-

tis, stipite longo capillari fuscescente. *Schumach. Saelland. p.* 268. *Flor. Dan. t.* 1670.

In fol. dejectis fagineis. Pileus ½ lin. latus. Stipes 1½ unc. fere longus, apice subdilatatus. *Schum.*

Obs. A D. Fries sequens fungillus huc trahitur, qui potius *var.* sequentis videtur:

* *acicularis*, pileo hemisphaerico albo, lamellis paucis latiusculis, stipite setaceo albido-griseo. *Hoffm. Nomencl. fung. p.* 225. *t.* 5. *f.* 2.

Cresc. autumno supra folia putrescentia, praesertim faginea, et magis ad eorum nervos provenit, quam in reliquis partibus.

***** *Androsaceus. Pileo sicco-membranaceo, passim carnosulo, sublaevi. Stipite gracili subcorneo, fusco-nigricante.*

477. *epiphyllus*, gregarius albicans, pileo convexo, demum subumbilicato, lamellis simplicibus integris ramosisque, stipite filiformi fuscescente. *Syn. fung. p.* 469. *Fries Syst. p.* 139.

Agaricus umbellifer. *Bolt. t.* 39. A. Squamula. *Batsch. p.* 91. *t.* 17. *f.* 84. (mala). *Sowerb. t.* 93. (parum rudis). Merulius Squamula. *Wither. p.* 151.

Adnascitur fol., praesertim fagineis, rarius quercinis, passim in pericarpiis exsiccatis Fagi adest. Stipes, praesertim junior, albidus et villosulus; etiam in adultis aliquando albus, in

non

nonnullis spadiceus. Lamel. subdecurrunt, distantes. Pileus parum irregularis, aliquando papillatus, 1 - 2 lin. latus.

Obs. A. *Mucor.* Batsch. l. c. f. 82. Fries p. 155. hujus, aut sequentis, speciei statum, ni fallor, nascentem offert, cum ejus stipitem, in individuis nondum evolutis, basi torulo cinctum observavi.

β. *epixylus*, gregarius, pileo orbiculari albo, lamellis paucis, apice divaricato-ramosis, stipite elongato dilute fuscescente, basi subtumido.

Agaricus rugatus. *Flor. Dan. t.* 1194. *f.* 1.? A. lacteus. *Bull. t.* 601. *f.* 2. non valde differt.

Innascitur ramulis dejectis in sylvis, non equidem rarus. Stipes 1½ unc. longus, filiformis, sed satis firmus, glaber. Lamellae numero 8 - 12, angustae, valde distantes, apice plerumque divisae. Pileus lin. 1 aut magis latus, paullo crassior, quam in epiphyllo et vix deprimitur.

478. *androsaceus*, gregarius, pileo convexo laevi albido-fuscescente, lamellis adnatis simplicibus dimidiatisque, stipite glaberrimo elongato demum spadiceo.

Agaricus epiphyllus. *Bull. Hist. d. Champ.* p. 543. *t.* 569. *f.* 2. *Flor. Dan. t.* 1552. *Bolt. t.* 32.

In Europae regionibus, magis caldioribus, frequentius provenit, sed praeamat folia arbo-

rum frondosarum, tamen in Suecia, quoad observationes D. Friesii, etiam occurrit in fol. Pini *sylvestris* et Juniperi, et in ipso cortice variarum arborum. His in locis, ubi communis est, jam apparet media aestate in fol. quercinis, sed autumno paullo sero vix amplius reperitur.

Stipes flaccidus, filiformis, omnino glaber, subnitens brunneus, sed nunquam niger a me repertus, uti alicubi indicatus. Sed saepius divisus, decumbens et sterilis observatur, et hoc in statu Ceratonemati Hippotrichod. *Myc. p.* 49. non male refert. Habitu, pro caetero, cum A. epiphyllo convenit, a quo lamellis simplicibus differt.

479. *perforans*, pileo planiusculo rugulloso pallescente, lamellis confertis adnatis simplicibus dimidiatisque, stipite pubescente nigricante. — *Hoffm. Nomencl. p.* 215. *t.* 4. *f.* 2. *Fries p.* 138.

Agaricus *androsaceus* plurium auctorum Schaeff. t. 239. Sowerb. t. 94. Syn. fung. p. 468. Forte et ipsius Linnaei, nam in Flor. Suec. p. 440. dicitur: frequens in fol. Pini habitat, stipite nigro, etc. Quidquid sit, hic solummodo in fol. Pini *Abietis* crescere dicitur.

Antecedente paullo major est, et pileo magis carnoso ac ruguloso differt. Stipes rigidus, aequalis, deorsum pubescens, nigro-badius, apice dilutior. Odor subingratus.

* *Splachnoides*, pileo submembranaceo convexo striatulo, lamellisque adnatis simplicibus albis, stipite elongato glabro roseo-rubro. *Flor. Dan. t.* 1678. *f.* 1.

In foliis Pini *Abietis*, in Dania repertus. Stipes setiformis. Pileus subumbilicatus.

480. *stipitarius*, pileo planiusculo umbilicato albido, lamellis leviter adnexis, stipite subfistuloso fibrilloso spadiceo. *Fries. p.* 138. †

In Scania campestri circa radices Salicum, etiam in aggeribus ad stipulas putrescentes. Gregarius et subcaespitosus. Stipes tenax, 1-2 unc. longus, vix lin. crassus. Lamellae albae, secedente-liberae. Pileus 4-5 lin. latus, sub lente squamuloso-velutinus. *Fr.*

481. *Rotula*, gregarius et caespitosus, pileo hemisphaerico umbilicato sulcato, lamellis collario adnexis, stipite glabro nigrescente. *Syn. fung. p.* 467. *Sowerb. t.* 95.

Merulius collariatus. *Wither.* Agaricus nigripes. *Flor. Dan. t.* 1134. *f.* 1. A. Androsaceus. *Bolt. t.* 569. *f.* 3.

Autumno frequens tam in foliis, quam in ramulis aridis et in truncis offenditur. Antecedentibus major, sed praesertim lamellis omnibus aequalibus basi unitis, et a stipite distantibus facile dignoscitur. Stipes non raro proliferus observatur, vid. *Sowerb. ic. cit.*

482. *venosus*, major, pileo convexo-plano umbilicato subumbrino, lamellis annulato-ad-

nexis subglaucis pallidioribus, stipite pruinato-velutino spadiceo. *Syn. fung. p.* 467. *Icon. pict. Fasc.* 4. *p.* 46.

Merulius foetidus. *Sowerb. t.* 21. A. foetidus. Fries.

Hab. in Germania, Anglia et Suecia ad ramos et in truncis caesis. Stipes plerumque compressus, 1½ unc. altus, lin. 1 crassus, corneus. Lamel. collarium non ita distinctum exhibent ut in antecedente. Pileus submembranaceus, tenax, ad apicem usque striato-venosus, unc. 1 magnus, campanulatus. Odor ingratus.

483. *Hudsoni*, sparsus epiphyllus, pileo convexo albido-rufescente, pilis strictis subnigrescentibus horrido, lamellis distantibus albis, plerumque integris, stipite nitente-badio sparsim piloso et glabro. *Syn. fung. p.* 390.

Agaricus pilosus. *Huds. Flor. Angl. p.* 621. *Sowerb. t.* 164. *Decand. Flor. Gall.* 2. *p.* 164.

Prov. in Anglia et Gallia, sero autumno in fol. deciduis Ilicis Aquifolii. A. *epiphyllo* paullo major et stipes multo longior est. Setulae in pileo aciculaeformi longae et strictae.

* *setosus*, gregarius minutus epiphyllus, pileo hemisphaerico obtuso fuscescente glabro, stipite longo filiformi undique pilis patulis distantibus hirto. — *Sowerb. t.* 302.

Huc usque in Anglia rarius repertus supra

fol. Fagi sylvat. Stipes uncialis, pileo concolor. Pileus aciculaeformis. *Ex ic.*

****** *Galeolus. Pileo membranaceo-carnosulo, laevi aut striato. Stipite fistuloso aut cavo, glabro vel pruinato-fibrilloso. Color plerumque lutescens, rubiginosus. Fungilli muscophili, aut in graminosis crescentes.* (Galera. Fr.)

484. *Hypnorum*, tener totus ochraceo-ferrugineus, pileo campanulato-sulcato, lamellis latiusculis distantibus, stipite flexili, apice pruinoso. *Syn. fung. p.* 385. *Bätsch. El. fung. p.* 117. *t.* . *f.* 96. *Michel. Gen. pl. t.* 80. *f.* 8.

Agaricus campanulatus. *Schaeff. t.* 63. A. melinoides. *Bull. t.* 560. ad partem.

Aestatis fine et toto autumno, in sylvaticis apertis Hypnis humentibus immersus nascitur. Parvus, valde fragilis. Stipes 1½ longus, pileo, 3-4 lin. lato, dilutior.

Obs. Sequentes iisdem in locis, sed magis uliginosis orientes, caracteres diagnosticos non satis distinctos offerunt, ut tanquam species propriae haberi possint.

1) *bryophilus*, pileo obtuse umbonato, lamellisque cinnamomeis, stipite longo fibrilloso pallescente. *Syn. l. c.*

Stipes subtenax. Lamel. ventricosae. Pil. ½ unc. latus.

2) *Sphagnorum*, pileo hemisphaerico papillato ochraceo-pallido, lamellis latis aquose pallidis, stipite longo subtenace lutescente. *Syn. l. c.*

In paludosis montosis. Ceteris major. Stipes 3 unc. longus. Pil. obtusus, ½ unc. latus. Lamel. demum subincarnatae fiunt.

3) *rubiginosus*, pileo sulcato campanulato, lamellisque ferrugineis, stipite longo rubiginoso subtenace. *Syn. fung. p.* 385.

4) *aquatilis*, pileo convexo-plano aquose melleo, lamellis latis pallidis stipite elongato glabro stricto concolore. *Fries Syst.* 1. *p.* 267.

5) *atrorufus*, totus atro-rufescens, lamellis paucis. *Michel. gen. p.* 167. *t.* 75. *f.* 8. — Vernalis in Italiae sylvis crescit.

6) *acicularis*, minutus aurantio-lutescens, pileo campanulato acute umbonato. *Schaeff. t.* 222. *Sowerb. t.* 282.

Muscis terrestribus adnascitur. Stipes 1½ unc. longus, ½ lin. crassus glaber. Pileus 2-3 lin. latus, 1½ altus. A ceteris satis discedit.

485. *stagninus*, pileo hemisphaerico obtuso ferrugineo-badio expallente, ambitu squamoso, lamellis decurrentibus, stipite longo rubiginoso. *Fries l. c. p.* 268.

In Sueciae paludosis sylvaticis. Stipes aequalis, 4 unc. longus, basi villosus, relatus ex

autore. Lamel. triquetrae, pilei colore. Pileus siccus, laevis, subochraceus, 3-6 lin.

* *bulbillus*, pileo hemisphaerico subumbonato viscido, lamellis latissimis repandis subdecurrentibus, stipite subbulboso: bulbo nigrescente. *Schum. Saell. p.* 283. A. brunneus.

In Daniae paludibus turfosis. Distincta forsitan species, fungilli tenelli rarius bulbosi sunt. Stipes 2½ unc. longus. Pileus unc. 1 latus, obsolete striatus. *Schum.*

486. *temulentus*, pileo convexo substriato ferrugineo, lamel. adnatis umbrinis, stipite tenace undulato, basi fibrilloso. *Fries p.* 263.

In Sueciae humidis sylvarum. Stipes ex albido ferruginascens. Pileus disco subcarnosus, siccus laevis ochraceus, fere uncialis. Lamell. primo ferrugineae. — Species vix hujus divisionis est; an *Pratella*, uti sequens?

lateritius, pileo ovato-tereti striato incarnato lateritio, lamellis obscurioribus, stipite elongato albo-villoso rigido. *Fries p.* 265. *Battar. p.* 59. *t.* 28. *f. F.*

In humidis herbosisque Italiae locis. Pedunculus carnosus et cavus, albo-villosus. Pileus glandiformis subsulcatus, unc. 1 altus. Color carneus, seu lateritius *B.*

487. *tener*, pileo submembranaceo campanulato-conico laevi expallescente, lamellis confertis dilute cinnamomeis, stipite longo ae-

quali. *Syn. fung. p.* 386. *Schaeff. t.* 77. *Sowerb. t.* 33.

Prov. locis praesertim graminosis, rarius in sylvis. Stipes tenuis, fragilis, subpulverulentus, ultra 2 unc. longus, vix lin. crassus. Lamel. liberae, pulverulentae. Pileus mollis, 3 - 4 linearis, margine subplicatus. Color subferruginascens, aut pallidus.

β? *phaeotrichus*, solitarius, pileo subcarnoso conico rubiginoso, lamellis attingentibus (liberis?) concoloribus, stipite filiformi subradicato, inferne pilis longis fuscis obsito. *Schum. p.* 282. Ag. pilosus.

Inter folia putrida sylvarum Danicarum. Stipes fibrosus, intus fuscus, 3½ unc. longus, ½ lin. crassus. Pileus ferme ½ unc. latus et altus, umbrino-cinnamomeus. *Sch.* Species distincta?

488. *pilosellus*, tener subferrugineus, pileo conico-campanulato subpiloso, lamellis latiusculis, stipite sublongo pubescente. *Syn. p.* 387.

In Germania rarius ad truncos putrescentes nascitur, quo jam differt ab A. *tenero.* Stipes tenuis, unc. 1 longus. Pileus obtusus, nec umbonatus, 3 lin. altus, 2 latus.

489. *melinoides*, subgregarius, pileo carnosulo orbiculari umbonato helvolo, lamellis toto-adnexis subventricosis, colore melleis, stipite subelongato cavo pallido.

Provenit pulchella haec species in viis graminosis, roridis, autumno. Stipes 1½, rarius 2 unc. longus, dimidiam lin. crassus, basi subvillosa. Lamel., praecipue juniores, laete cinnamomeae-melleae nitidae et parum decurrunt. Pileus 3 passim 4 lin. latus, primo campanulatus, obtuse umbonatus, passim papillatus.

490. *sparteus*, pileo campanulato obtuso laevi subcinnamomeo, lamellis adnatis, postice latioribus, stipiteque glabro pallidis. *Fries p.* 266.

In campis graminosis, in Suecia. Stipes laevis, 1½ unc. longus. Pileus submembranaceus, laevis, expallens, 3 lin. latus, 5 altus. A priore, pileo non umbonato, lamel. colore et forma specifice distinctus videtur.

******* *Cladopus. Pileo subcarnoso. Stipite aequaliter ramoso-racemoso, ramulis (lateralibus) pileo abortiente terminatis.*

491. *Aueri*, pileo membranaceo umbonato subtomentoso sordide flavo, lamellis flavis, stipite ramoso-racemoso tenui. *Nees in Nov. Act. Soc. Nat. Curios. p.* 250. *t.* 6. *f.* 19.

Hab. in foliis quercinis semiputridis in Pannonia, prope Erlau et Ofen. *Dr. Sadler.*


Stipes sulcatus, pallide flavus, supra basin in ramos aliquot elongatos divisus, qui omnes ramulis simplicibus alternis, rarius oppositis, fere ubique obsiti sunt; singulus capitulo tri-

gono - orbiculari solido, colore fusco, terminatus. Rami vero principales pileos proferunt submembranaceos, umbonatos, 2 - 3 lin. latos. Lamell. latiusculae, lutescentes (adfixae?) N.

492. *racemosus*, pileo membranaceo papillato griseo, lamellis albis, stipite simplici racemoso. *Syn. fung. p.* 389. *Disp. meth. fung. p.* 15. *t.* 3. *f.* 8. *Sowerb. t.* 287.

In Germania et in Anglia Sclerotio *lacunoso* inhabitat singularis haec species, racemum Rubis aliquando simulans. Ramuli stipitis laterales capitulis hyalinis seu pileolis, sine dubio, non explicatis, terminati. Pileus terminalis 2 lin. est latus.

Tab. XXIII.



P. Dumeuil pinx. I. Sturm sc.

Tab. XXIV.



P. Dumeiul pinx.


I. Sturm sc.

Tab. XXV.




I. Dunéuil pinx. I. Sturm sc.

Tab. XXVI.




P. Duméuil pinx. *I. Sturm sc.*

Tab. XXVII.




P. Dumeuil pinx. *I. Sturm sc.*

Tab. XXVIII.




P. Dumeuil pinx.   I. Sturm sc.



I. Sturm sc.

Tab. XXX.



I. Sturm sc.